



BIBLIA  
REGIA

TOM. VIII

BIBLIOT. UNIV.

EST 19

TABLE 3

NO 8

DEREC

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225

225


225

225


225


22—5.


19-3-8




FCC  
9582







THE CHURCH OF JESUS CHRIST



436

COMMUNES  
ET FAMILIARES  
HEBRAICAE LINGVAE  
IDIOTISMIS,

22.055  
B 53

9382

OMNIBVS BIBLIORVM INTERPRETATIONIBVS,  
ac præcipuè Latinæ Santis Pagnini versioni accommodati,  
atque ex variis doctorum virorum laboribus, & obseruationi-  
bus selecti, & explicati,

BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS OPERA.

AD SACRORVM BIBLIORVM APPARATVM.

*Mareia del Categría  
mayor 23 D*



ANTVERPIÆ  
Excudebat Christophorus Plantinus  
Prototypographus Regius.  
M. D. LXXII.

R. 426900

# BENEDICTI ARIAEE MONTANI IN LIBRVM DE HEBRAICIS IDIOTISMIS.

## PRÆFATIO.



EMINI dubium est, quin sacra Scriptura, ob rerum, quas continet, magnitudinem, eiusque, qua perpetuo vtitur, orationis dignitatem, grauitatemque singularem, atque admirabilem verborum dispositionem, difficultis sit, atque attentum, diligentemque requirat lectorem. Veruntamen omnis ea, quæcunque occurrit, difficultas, iis qui hebraicè sciunt, multò minor est, quam ijs qui antiquissime illius linguae cognitione sunt destituti. Nam, vt de certis singularum linguarum figuris, & schematis (quæ vocant) taceamus, quorum quidem parem elegatiam, magno licet adhibito studio, in alias linguas conuertere non possis, sunt etiam in unoquoque linguarum genere, dialectorum idiotismi, qui quidem, si è verbo in aliam linguam conuertantur, eam parient difficultatem, quæ, quominus sententia intelligi possit, efficiet: ac præterea eam, in quam transfruntur, linguam, minus politam reddent, & elegantem, cùm tamen in ea, ex qua conuersi sunt, perspicui, maximeq; proprii sint. Atque hoc quidem suo veluti, ac singulari quodam iure sibi lingua vindicat Hebraica. quacum, quenam alia ex antiquis illis linguis, quæ ad nostram vsque etatem peruenierunt, tum singulorum verborum delectu, figuris, varioque ac multiplici idiotismorum vsu comparari possit, est omnino nulla. Adeo enim est copiosa, adeoque communi hominū sermone culta, vt eas, quas enunciat, res non significare, sed ob oculos ponere, veraq; ac viuam earum imaginem representare videatur. At verò in affectibus exprimendis, tota illa, quantumuis maxima, elegantissimorum poetarum, qui alijs linguis poemata conscriperunt, facundia, cum huius simplicitate conferri nullo pacto potest. adeo vt, qui hebraica lingua alium loquentem audit, non illud, quod sentit is, doceri, sed ipsas animi affectiones ipsaque præcordia sibi penitus aperiri putet. Harum autem magnarum certè utilitatum commodo omnino carent ijs, qui ad eius linguae fontes non accesserunt. Quod cùm præclarè intelligerent ijs, qui in eo studij genere sunt versati, potissimum verò vulgata, quam vocant, editionis interpres: bonam eorum idiotismorum partem Latinis vt traderent, omni cura, diligentiaque effecerunt: videbant quippe, non solùm quid à Spiritu Dei dictatum; verùmetiam quibusnam id modis pronuntiatum sit, obseruari, cognoscique oportere: atque adeo nullum omnino in Sacris literis apicem, aut iota otiosum esse: sed ex unoquoque, id modò si attentè consideretur, magnum ad lectores compendium peruenire posse. Atque hæc quidem dum attentius interpretes persequi conantur, inusitatos loquendi modos in alias transferunt linguas: quæ ex re non minimum nascitur obscuritatis. quam quidem obscuritatem dum Latini sermonis proprietate temperare cupiunt, ab eius, ex qua conuertunt, linguae elegantia discedunt: adeo vt non raro à suscepso negotio desistere cogantur. Quapropter cùm nos in ijs, quæ Philippi Catholici Hispaniarum regis iussu, Biblijs edita sunt, aliquid præstare cuperemus, quo & doctis, linguarumque peritis satisfacere, atque ijs etiam qui earum linguarum cognitionem non sunt adepti, prodeesse possemus, eos veteris Testamenti libros, qui quidem Hebraicè extant, sua lingua edi, atque inter Hebraici contextus lineas, in communem omnium studiosorum utilitatem, Latinam interpretationem describendam curauimus: ita vt, & Hebraica integra conficiatur, & Latina interpretatio non tam proprietati Latinorum, quam ipsi Hebraicæ veritati, quoad eius fieri potuit, respondat. id quod lingua Hebraicæ cupidis, neque iniocundum, neque inutile fore speramus. Ut verò ijs qui hebraicè sciunt, & ijs qui eius lingue nullam habent cognitionem, pariter consuleremus, hebraismique tractandi difficultatem molliremus, multorum doctorum hominum laboribus collectam, diligentia verò nostra in compendium collatam, & in ijs, in quibus oportuit, locis, explicatam hebraismi rationem hoc, quem exhibemus, libello, complexi sumus. quem quidem qui diligenter euoluet, omnium earum interpretationum, quæ quidem extant, tum verò etiam illius, quæ à nobis de verbo est redita, intelligentiam, absque culla difficultate assequetur. At verò vt operis breuitati etiam prospiceremus, Latina idiotismorum interpretatione contenti, exempla omisimus: quorum tamen & librum, & caput, ac versus numerum indicavimus. Cum enim libri sacri præsto sint, quorum lectio huius operis vsum, atque adiumentum postulat, superuacaneum fuisse ea omnia exempla in hunc locum conferre. Atque hac quidem in re præposterus ordo est vitandus. neque enim ab idiotismorum, & phrasium lectione ad Bibliorū cognitionem, sed contrà à sacra Scriptura lectione ac studijs, ad idiotismorum congeriem, veluti ad Dictionarium, quod consulatur, recurrendum est. Superioribus annis editus fuit à Vespethmo quodā liber, qui, Phrases sacre Scripturæ, inscriptus est: utilis is quidē, nisi auctoris veneno alicubi infectus simplici alias lectori, nocere potius, quam prodesse potuisset. quem F. Laurentius Villa-Vicentius nostras, pius ac doctus vir, meliori, tutiorique restitutum lectioni, denuo Antwerpiae edi curauit. quem librum si quis legerit, magnos se progressus facere sentiet. est enim variis diuersorum auctorum de eadem phrasi sententiis refertus, multiplicique rerum disputatione ornatus. Nostrum autem hoc opus non tam ex interpretum, & doctorum virorum placitis, quam ex simplici hebraici sermonis observatione, familiarique vsu est concinnatum: atque adeo ad eam rem, quam explicandam suscepimus, hoc est, ad sermonis, & idiotismi hebraici cognitionem, in primis oportunum fore arbitramur. Nam, quod ad res, rerumq; significationes explicandas pertinet, id à nodis in eo libro, quæ De arcano sermone inscrisimus, abunde est præstitum. Quem quidem conatum, sicut ceteros omnes nostros, non tam ex eius expectatione, reisque ipsius comparatione, quam ex animi nostri studio estimari, probarique optamus. neque verò ii sumus, qui nostras luctubrationes solas placere, easue ceteris præferri velimus: sed quicquid à nobis est præstitum, id eam potissimum ob causam à nobis est elaboratum, vt communi omnium Christianorum utilitati consuleremus, nostrisq; laboribus maiora ingenia ad aliquid maius his entendū, præstandumq; inuitaremus, atq; incitaremus. Nihil enim nobis potest esse optimus, quam, vt omnes Christiani diuino spiritu afflati, vt suæ genti optabat Moyses, suis etiam hominibus prophetent. Datum Calendis Martii, M. D. LXXII.

# COMMUNES ET FAMILIARES HEBRAICÆ LINGVÆ IDIOTISMI.



**N**TER ea que in singulis linguis animaduersione digna censemuntur, unum illud apprime utile est obseruare quid proprie vocabulum significet, deinde ad quas res per similitudinem transferatur. Vocamus autem similitudinem quamcumque metaphoram, sive analogiam, sive ampliationem, comparationem aut rerum ipsarum vel significationum affinitatem. Ut Dominus proprius dicitur qui suo imperio alium domat & regit, vel qui domui praest. aliquando vero extenditur ad significandum maritum. præterea præcipius & summus in unaquaque arte vel ratione Dominus dicitur. Sic etiam Pater cum eum significet qui alium genuit, pertinet quoque ad significandum summum aliquem in aliqua arte magistrum, ac præsidem collegij, societatis, rei, vel negotij: ut Pater canentium cithara, summum in ea arte & optimum perfectissimum ceterorum doctorem, aut inuentorem dexterum interpretamur.

**2.** Verba quoque figuratae usurpantur ad maiorem significationis elegiam: ut Volare, pro præstante esse in aliqua re vel actione, & celeritate maxima ferri: Stillare, pro loqui. Vigilare, pro diligenter curare: Florere, pro ornatu decore, magno agere.

**3.** Epitheti aut adiectivi loco possessus casus usurpatur: ut Filius perditionis, filius perditus: Filius mortis, morte dignus aut capitis damnatus iure ipso: Mulier virtutis, pro famina strenua & forti.

**4.** Substantiis formalibus nominibus adiectiuorum loco maioris significationis causa Scriptura utitur. ut, Quoniam iustus Dominus iusticias dilexit: id est iustos. & Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, id est, iniquos.

**5.** Interdum sub communi & indefinito verbo aliud intelligitur certum nomen, vel à verbo ipso deductum, vel ex sententiæ ipsius obseruatione manifesta explicandum: ut, Vnam petiū à Domino, & hanc requiram, intelligo petitionem. Et nuntriauit illi, subaudio nuntius.

**6.** Aliquando antecedens, pro cōsequenti, aut prius pro posteriori usurpatur: ut, Sicut mercenarius expectat opus suum, id est mercedem operis, Job 7. Et emendo emam abs te pro commutatione, id est, pro re aliqua vel pretio: 2 Reg. 24. Et quā dabit homo commutationem pro anima sua? Matth. 16.

**7.** Est & Appositionis figura usus cum præpositionibus & sine præpositionibus, maxime cū posterior Appositionis pars nomen proprium est, exponitq; priorem: ut, Impetum fecerunt in virum, in Lot. Gen. 19. & Obseruate in puerō, in Absalom, 2 Reg. 18. Et carnem cum anima sua, sanguine suo, non comedetis: Gen. 9.

**8.** His affinis est Anadiplosis que maioris significationis emphasis & notationis causa eadem repetit verba: ut, Quoniam ecce inimici tui Deus, ecce inimici tui peribunt, Psal. 92. Et Dominus regnauit, decorum induit, induit Dominus fortitudinem, Psal. 94.

**9.** Est & Eclipsi non rara obseruatio, que vehementem animi angustiam dicentis indicant: ut, Sed tu Domine usque quo? Psal. 6. Et oculus meus extractus est, & non quiescit, neque intermissiones, Thren. 3.

**10.** Substantia nomina pro aduerbiis capiuntur, præsertim adiuncta præpositione. ut, Fecerunt seruire filios Israel in duritia, id est, duriter & grauter. Exod. 1. Et, In finem dilexit eos, id est, extremè. Iohann. 13. Et absorpta est mors in victoria, id est, victoriōse. Isai. 26.

**11.** Infinitius saepe pro nomine aut pro gerundio accipitur: ut Comedere, bibere. Hag. 2. paulum sedere, paulum quiescere Proverb.

**12.** Nomen substantium geminatum in diverso genere omnem illam naturam in uniuersum complectitur, quanquam speciebus & formis diuersam: ut, Auferet Dominus sustentaculum & substantiem, Isai. 3. Et, Nunquid audire potest seruus tuus cantores & cantatrices? 2 Samu. 19.

**13.** Nomen Substantium geminatum atque posteriori loco pluraliter pronuntiatum, excellentiam significat in suo genere, ac superlatui latini vim indicat in priori. ut, Sancta sanctorum, id est, sanctissima: Canticum canticorum, id est, præstantissimum canticum. Vanitas vanitatum, id est, ipsissimā vanitas vanissima.

**14.** Duo nomina substantia simul posita eiusdem ferè significationis, quorum posterius est, in genitivis sese ita exponunt, ut prius partem posterioris indicet: ut, Terra pulueris, Dan. 12. id est, portio pulueris, aut terra minutissima qualis puluis est.

**15.** Substantium nomen repetitum distributionem significat: ut, Septem septem, Gen. 7. id est, ex singulis speciebus septena. Et cepit eos mittere duos duos. Mar. 6. id est, binos. Et in valle Sidim putei putei bituminis, id est, ubique putei.

**16.** Verba sive nomina adiectiva geminata augent sententiam & vehementiori voce pronuntiantur: ut, Contaminatus contaminatus censetur, Leuit. 13. Cecidit cecidit Babylon illa magna, Apoc. 22.

**17.** Adiectiva cum verbis constructa Aduerbi natura admittunt: ut, Non bonum hominem esse solum, Gen. 2. id est, non bene ager homo solus. Et leue est ut sis seruus meus ad suscitandas tribus Iacob. ponam te in lucem gentium ut sis salus mea usq; ad extreum terræ. Isai. 49. id est, No leuiter es tu seruus meus ut hoc tantum facias, sed illud etiam facturus es. Et tu Bethlehem Ephratha, parum est quod es in millibus Iudah: ex te enim egredietur qui sit dominator in Israhel, id est, non de nihilo est te esse in millibus Iehuda.

**18.** Collectuum nomen per Syllapsim construitur cū verbo pluri: ut Dimitte populum meum ut colant me. Exod. 8. Et viderunt omnis Ecclesia, quod expirasset Aharon, Num. 24.

**19.** Plurale nomen iunctū verbo singulari exponitur partitione singillatim: ut, Filiæ incedit super muro, id est, unaqueq; una post aliam. Gen. 49. Musca mortis fatere facit unguentum, id est, qualibet musca mortua.

**20.** Pronomina Hebreus sermo in altero casu quā substantium nomen ponunt, cū tamen ad eandem rem utrumque referatur: ut, Nox illa occupet eam caligo, Job 3. id est, Illam noctem caligo occupet. Et Dominus in celo sedes eius, id est, Domini sedes in celo est, Psal. 10.

**21.** Nominatum pronominis, quod postea in alio casu cum verbo repetitum construitur, emphasis habet, & quasi notationem personæ & officij: ut, Ego in via, deduxit me Deus, Gen. 44. id est, Dum ego iter facerem, deductus sum à Deo. &, An ieunando ieunauerunt me ego, Zachar. 7. &, Etiam tu, in sanguine testamenti tui, emissi vincitos tuos de lacu in quo non est aqua, Zachar. 9.

**22.** Participium præteriti nonnunquam actionem finitam & præteritam atque transactam notat: ut, Qui sedent in sepulchris, & in obseruatis morantur, Isai. 65. id est, In his quæ iam obseruari deserunt. Et vidit quod exspectatum esset, Ezech. 19. id est, Quod spectari desitum esset, nihil iuuisset illa spectatio.

**23.** Hypallage frequens est in Scripturarum lingua: ut, Et ciuitatem miserunt in ignem, Iud. 1. id est, Ignem in ciuitatem: Et, Ecce misi ad te Naaman seruum meum, ut colligas eum à lepra sua, id est, Lepram eius ab ipso.

**24.** Coniugationes Verborum considerare operæ pretium fuerit, magna enim significatio verbis adiungitur ex coniunctione; nam aut augetur aut minuitur, aut reciprocatur, aut etiam mutatur sententia vis: id quod Hebraicè scientibus est apertissimum: atque haclenus tantum cuperem Theologos omnes, imo omnes sacrarum literarum studiosos Grammaticis Hebraicis operam dare, ut vel legere & coniugare singuli possent, magnum profecto usum adepturi: is labor unius ferè mensis tantum erit; cetera exiguo negotio ex huius apparatus lectione accident.

**25.** Tempora Verborum non sunt perpetuò ad amissim obseruanda, nam futura apud Prophetas in Præterito referuntur tanquam rerum futurarum spectatores factos à Deo, quibus adeo

26. adeo certa erant respoſa ac ſi facta tranſacta, res iam fuſſet.  
Futuri ſignificatio vel perpetuae ſunt, vel ſecundum naturam, vel ſecundum ius, perpetua, equitatē & decorū, ita eſte debent. Eſtq; ea uis Præteriti apud illos in disciplinis que apud Latinos Præſentis. Absoluuntur enim verba in disciplinis à tēporis ſignificatione, & rei ipſius ſue actionis ſue paſſionis proprietatem certitudinem ſignificant: id quod Hebreis per futurum tempus fit, multoq; quam Latinis rectius, nam futurum præteriti & præſentis rationes in ſe continent, quod facile probatur in negatione futuri. Qui enim à principio rerum verè negaret, hoc modo: Homo non erit iniuſtus; is nimirum cetera tempora negaret veriſimile. Homo non fuit iniuſtus, & homo non eſt iniuſtus. At verò, qui à principio negaret hoc modo: Homo non fuit, vel non eſt iniuſtus; is non continuo ſic dicere verè poſſet: Homo non eſt iniuſtus. Complectitur ergo futurum cetera tempora quibus illud minimè continentur, atque h.ec ratio ad elegantem & certam multorum locorum explicationem obſeruanda diligenter eſt: maximo uſui futura non modo ijs qui Hebraica, ſed ijs etiam qui Latina Biblia legunt; quibus ſaþe futurum pro omni tempore eſt exponendum: ut, Os habent, & non loquentur: Oculos habent, & non videbunt: Aures habent, & non audient: Nares habent, & non odorabunt: Manus habent, & non palpabunt: Pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture ſuo.

27. Illud præterea animaduertendum eſt vulgatum Hebraicè Temporū ſcientium præceptum, ſolere præteritum verbum in futurum, & contrà futurum in præteritum conuerti adiuncta utrique coniunctione, Et: non ſemper, ſed ubi coniunctio illa Hebraice eſt V AV cum vocali pathaah, quam vau conuerſum Grammatici dicunt.

28. Verba que exhortationem vel dehortationem ſignificant, completiuē exponuntur, ut: Ne timeas, id eſt, Ne frangaris metu, Exod. 13.

29. Quedam ſunt verba que cùm non ſignificant motum, tamen prepositionibus adiunctis cum motu & applicatione exponenda ſunt: ut, Accipient ad te uitulam ruffam, id eſt, Acceptam ducent ad te, Num. 19. Et cepit populus ſcortari ad filios Moab, Num. 25. id eſt, Transire ad filios Moab ſcortationis ſtudio. Et: Prophanasti in terram coronam eius, id eſt, Prophanando deieciſti, Psal. 89.

30. Datius preter verbi ſolennem coſtructionem orationi adiectus, utilitatis & uſus ſignificationem indicat. ut, Exi tibi de terra tua & de cognitione tua, Gen. 12. id eſt, Tu ſolus tibi ad tuamq; utilitatem migrato iſtinc. Et ecce Rex tuus venit tibi iniuſtus, Zachar. 9.

31. Imperatiuus aduerbi demonstrantis aliquando vim obtinet, ut: Vide, odor filii mei ſicut odor agri pleni, Genes. 27. Vide, verba tua bona, 1 Sam. 15.

32. Non raro Imperatiuus aduerbi loco ponitur iunctus alij verbo: ut Festina exaudi me, Psal. 102. id eſt, Quām citifimē vel festinanter.

33. Secunda persona Imperatiui præſentis. Hebraici sermonis idiomatic nonnunquam uſurpatur pro tertia futuri imperatiui. ut: Accipite à vobis leuandam Domino, quiſque ſpontaneus conferat eam, id eſt, Accipient. Exod. 35. Deuolue ad Dominum, liberet eum, id eſt, Deuoluat ad Dominum, liberet eum.

34. Imperatiu in affirmatiuis, & Futuri in negatiuis præceptis uſus eſt frequentiſimus. ut: Honora patrem tuum &

matrem tuam. & Non furtum facies, non occides, non concupiſces. Negatiua enim præcepta perpetua ſunt, omniq; tem- pore obligant, idq; futuro recte ſignificatur.

35. Infinitiuſ cuſi alio verbo tertie personae iunctus, in eandem personam transferri poſt ut melius explicetur. ut: Et patres accenderunt ignem, & mulieres ponere paſtam, Icre. 7. Et, Quinetiam cerua agri gemuit, & derelinquere, quia non erat gramen, id eſt, dereliquit.

36. Idem verbum gemitum priori parte in Infinitiuſ ſue Gerundio poſita, aſſeuerationem & vehementiam ſignificat. ut Faciendo faciam misericordiam in te, propter Jonathan fratrem tuum, 2 Sam. 9. Caſtigare caſtigauit me Deus, ſed mor- ti non tradiſit me, Psal. 117. Et venire veniet, & non tar- dabit, Habac. 2.

37. Idem Infinitiuſ repetitus in oratione negante negationem intendit. ut: Vngendo non uinctus ſum, id eſt, Nequaquam ſum uinctus, Dan. 10. Et reueando non reueabunt popu- lum hunc, Mich. 1.

38. Verba exhortationis, conuocationis, vel monitionis alteri verbo preponi ſolent ſtudij ſignificandi cauſa, & per Ad- uerbiuſ exponuntur. ut: Venite faciamus lateres, Gen. 11. i. Age paremus lateres. Venite & diſperdamus eos de terra: id eſt, Celeriter & contente atque velociter diſperdamus.

39. Nonnunquam ex duobus verbis prius posterioris antece- dens eſt, ut: Et tu exurgens Domine miſereberis Sion, Psal. 102. id eſt, Surges ut miſerearis.

40. Tertia persona præteriti, & futuri etiam, aliquando im- personaliter exponitur, cuſi actio ad multitudinem, ſue ad per- petuitatem refertur. ut: Quoniam vocabitur remiſſio Domini, Deut. 15. Et, A ſeculo non audita ſunt, neque man- data ſunt, Iſai. 64.

41. Personarum verbi mutatio in eadem oratione quanquam ad eandem personam vel rem relata, frequens eſt in ſacris li- bris, maximè vero in carminibus. ut: Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet uultum ſuum ſuper nos & miſereatur noſtri, ut cognoscamus in terra viam ſuam, in o- mnibus gentibus ſalutare tuum, Psal. 66. Et, Quia pudeſt ab arboribus quas concipiuitis, Iſai. 1.

42. Plura verba prime aut ſecunda coniugationis actiua ve- cis neutropatiuum ſignificationem haſtent, idq; ex Spiritu ſancti interpretationibus docemur. ut: Credidit Abraham Deo, & imputauit illi iuſtitiam, Gen. 15. hoc eſt, (ut D. Paulus exponit) Imputatum eſt illi ad iuſtitiam, Rom. 4. Et, Ut iuſtus fias in sermonibus tuis, Psal. 51. Apoſtolum interpretatur, ut iuſtificeris in sermonibus tuis, Rom. 3. Et, Abſorpsit mortem victoria, Iſai. 25. id eſt, Abſorpta eſt mors in victoriā, ita Paulus, 1 Corinth. 15. Et, Neg, etiam ape- riet aurem tuam, pro, Aperta erit auris tua, Iſai. 48. Et, Ape- rient portas tuas, pro, Aperta erunt portæ tue. Et: Quia de mercede meretricis collegit, pro collecta eſt, Mich. 5. Et: Noctes laboris ſubtraxerunt mihi, Job 7. id eſt, Subtractæ ſunt.

43. Verba que culpa auctoritatem ſignificant, & Deo attri- buuntur qui culpa auctor nequaquam eſt, ita exponi debent; ut Deus non actiue, ſed priuatiue ſe habeat in ea re ex qua pri- uatione & subduktione Dei, homines in tenebras profundas ſeſe ſuo ipſorum impetu coniijunt horrendo cum periculo, cum proni ad malum ſint ab adolescentia ſua, hoc modo exponenda ſunt illa: Indurabo cor Pharaonis, Exod. 7. Et, Quare errare facis nos à vijs tuis? Iſai. 63. Et, Deus q̄item huī ſeculi excœauit mentes incredulorum, 2 Cor. 4.



## A.

BONO ad malum lo-  
qui, Gen. 31, 24 & 2.  
Sem. 13, 22. pro:  
blandum siue af-  
perum.

A Boue vsque ad a-  
sinum, vñq; ad pec-  
cus. Exod. 22, 4. pro: siue bos fuerit,  
siue asinus siue pecus.

Ab acinis & vsque ad corticem non co-  
medere. Num. 6, 4. id est: siue illud  
fiat de acinis vuarum, siue de cortice  
earum.

A faciebus sacerdotum scribere, Deut.  
17, 18. pro: Ad exemplar sacerdotum,  
vel accepto exemplari sacerdotum,  
corumque auctoritate.

A Deo vel Domino esse. 1. Par. 5, 22.  
& 13. 1 Reg. 2, 15. & Ier. 51, 53. id est:  
Deum auctorem esse & velle.

A Domino è cælis pluere, Gen. 19, 24.  
Emphatica repetitio, pro: Dominum  
è cælo pluuiam mittere.

A die in diem, & à mense in mensem.  
Esth. 3, 7. pro: singulis diebus & sin-  
gulis mensibus.

A die vsque ad noctem consummabis  
me, Ies. 38, 12. pro: spacio vnius diei.

A diebus meis. Iob 27, 6. pro: Quam-  
diu vixero.

A die hac & supra. Hag. 2, 16, 19. pro:  
ab illo tempore & in futurum.

A facie Dei vel Domini. 2. Para. 34, 27.  
& Malach. 3, 14. id est: coram Domi-  
no. Quò à spiritu tuo, & quò à facie  
tua fugiam? Psal. 139, 7. pro: Quo-  
modo sp̄iritum tuum & conspectum  
latebo? Spiritu qui est à facie mea.  
Ies. 57, 16. pro: à me immissus. Vide  
Facies & Spiritus.

A facie. Psal. 102, 11, & 18. Ier. 41, 9. id  
est: ob vel propter.

A filiis hominum. Psal. 21, 11. pro: ex  
hominum numero.

A fine quadraginta dierum. Num. 13,  
26. pro: Exactis quadraginta diebus.

A longe. Ies. 25, 1. id est: A longinquu  
tempore vel ante multa tempora.

A masculo ad fœminam. Num. 5, 3.  
pro: tam masculos quàm fœminas.

A magno & vsque ad paruum. Est. 1, 20.  
pro: Tam maiori quàm minori. &  
sic 1 Sem. 30, 19. Non deesse à paruo  
& vsque ad magnum: id est: Neque  
paruum neque magnum.

A puer ad senem. Gen. 19, 4. pro: tam  
pueri quàm senes.

A viro & vsque ad mulierem. 2. Sem. 6,  
19. pro: tam viris quàm mulieribus.

A non sicut tu. Ier. 10, 6. pro: Ex eo quod  
non est tibi similis.

A tergo non recedere, Ier. 32, 40. id est:  
Beneficijs prosequi non desinere.

A celsitudine eius non potero erui. Iob  
31, 23. Id est, propter maiestatem vel  
excellentiam eius.

A voce gemitus mei. Psal. 102, 6. Id est:  
præ gemitu meo. & sic de similibus.

A seculo. Prou. 8, 23. pro: A principio ab  
initijs terræ. vide Seculum.

## A B.

Ab homine vsque ad animal. Num. 3,

13. pro: tam ex hominibus quàm ex  
animalibus.

Castrametari domui ab exercitu & à  
transeunte. Zach. 9, 8. est: per circui-  
tum eius castra locare, ne ledatur ab  
aliquo exercitu, aut à transeuntibus.

Ab exaltatione tua dispersæ sunt gen-  
tes. Ies. 33, 3. vel ob sublimitatem tuā,  
seu celsitudinem.

Ab heri. Vide Heri.

Ab homine ejcere. Dan. 4, 29. pro: A  
commercio hominum.

Ab seu Ex ipso Ies. 18, 2, 7. pro: Iam in-  
de à suo exortu, vel ab ipso egressu ex  
Ægypto, ab eo tempore.

Ab Oriente & ab Occidente Ios. 11, 3.  
sub. habitans.

## A B B R E V I A R E.

Abbreviari anima. Num. 21, 4. & Iud.  
10, 16. est, Angustijs affici & à longa-  
nimitate recedere.

Abbreviati manu, 2 Reg. 19, 26 Ies. 37,  
27. pro: Imbellies, imbecilles siue  
infirmi effecti sunt.

Nunquid manus Domini abbreviata  
est? Num. 11, 23. Id est: Nunquid Do-  
mini potentia est imminuta? sic Esa.  
50, 2 & 59, 1.

Abbreviari spiritu, Iob 21, 4 Mich. 2, 7  
est, præ angustia animum desponde-  
re: & minorem contemptioremque  
fieri.

## A B I R E.

Abire in viavel per viam, Gen. 32, 1 &  
1 Sem. 24, 8. est, Cœptū iter pergere.

Abire in terram, Gen. 36, 6. pro: Adre-  
gionem aliam longius concedere.

Et dixit: Abi, aliás vade Daniel, Dan.  
12, 9. Quasi dicat: Sufficiat hoc tibi,  
ne vrta inquiras.

Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eo-  
rum. Ose. 11, 2. pro: Vt illi vocabant,  
ita isti terga illis obuertebant.

Abeunt aquæ. vide Eo is.

Panem abire de vatis. 1 Sem. 9, 7. pro,  
cibum deficere.

Abire in consilijs. Ierem. 7, 24. pro: Per-  
tinaciter sua sequi consilia.

Abire per viam cordis. Ies. 57, 17. est,  
quicquid cordi gratum est, facere.

Abire post duritiem cordis. Ier. 9, 14. Id  
est: obstinate libidini cordis obsequi.

Abire post vanitatem & idola. vide Eo,  
& ambulo.

Abire eundo, 2 Sem. 3, 24. pro: securum  
nihilque sibi metuentem redire.

## A B I E C T V S.

Abiectigentium, Ies. 45, 20. pro: Inter  
gentes abiectissimi.

## A B I E S.

Esse vt abies virens Ose. 14, 9. est, vt al-  
tus & sublimis imperium habere, &  
potestati non subiacere.

Ludere in omnibus lignis. Abietum

2 Sem. 6, 5. pro: Omnibus instrumen-  
tis musicis, quæ fieri solebant ex li-  
gnis abiegnis.

Abietes tremere, Nach. 2, 4. per transla-  
tionem significat, principes contre-  
miscete, vel hastas abiegnas esse ve-  
nenatas.

## A B L A C T A R E.

Silere facere animam sicut ablactatum

Psal. 131, 2. Id est, Compescere, qui-  
tumque animum reddere, omnia ex-  
spectando à Deo, perinde ac à matre  
sua nuper ablactatus puer exspectat,  
quum ex se nihil possit.

## A B O M I N A R I.

Non abominabitur anima mea vos, Le-  
uit. 26, 11. id est: Non dedignabor a-  
pud vos habitare.

Abominando abominatus est populum  
suum Israel Daud, 1 Sem. 27, 12. pro:

Omnino sorbit illi gens Israëlitica.  
Abominatio Ægyptiorum, omnis pa-  
stor pecudum, Gen. 46, 34. id est:  
Ægyptij omnem pastorem ouiu de-  
testantur. Sic Leuit. 11, 10. Abomina-  
tio erunt vobis. mox scipsum expo-  
nens, dicit, de carne eorum non co-  
medetis.

Abominatio Domini est. Deut. 7, 25 &  
17, 1. pro: Dominus detestatur &  
abominatur illud. & sic de alijs. vt,  
Septem sunt abominationes animæ  
eius. Prou. 6, 16. pro: Septem abo-  
minatur ipse.

Abominationem Domini quam habet  
odio, dijs facere. Deut. 12, 31. pro: Id  
quod maximè detestatur Dominus,  
Dijs seruendo perpetrare.

Abominationes facere valde, 1 Reg. 21,  
26. est, Facta scelerata & valde abo-  
minanda patrare.

Projicere super aliquem abominationes.  
vt Nach. 3, 6. Est turpem & fœ-  
dum illum reddere.

Abominatio Ammonitarum 1 Reg. 11,  
5. id est, Idola. & sic de multis alijs.

Terram ponere in abominationem, Ier.  
2, 7. est, In ea idola colere.

Facere iuxta abominationes Gentium,  
2 Reg. 21, 1. est, Non aliter quàm gen-  
tes abominanda facere, siue ritu Gen-  
tium idola colere.

## A B S C I N D I .

Abscindi ab ouili pecus, Hâb. 3, 17. &  
Abscindi virum à throno 1 Reg. 9, 5.  
pro: Auferri, & è medio tolli.

## A B S I N T H I V M.

Comedere facere absinthium, & ciba-  
te absinthio, Ier. 9, 15 & 23, 15. pro: Af-  
fligere.

## A B S C O N D E R E.

Abscondere à consilio malignorum,  
Psal. 64, 3. & à flagello lingua, Iob. 5,  
21. pro: Protegere & tutum reddere.

Abscondis eos in abscondito facie tuæ,  
Psal. 31, 21. pro: Status illos ante  
faciem tuam, vbi sunt tanquam in  
abdito, & latibulo tutissimo. & sic,

Abscondet in abscondito tabernacu-  
li sui, Psal. 27, 5. & alia eiusmodi.

Abscondi virum à socio suo Gen. 31, 49.  
pro: Discedere alterum ab altero.

Verbum siue rem abscondi ab aliquo.

1 Reg. 10, 3, 2 Sem. 18, 13. & quæ sunt  
eiusmodi. pro: Rem eum latere. &  
Abscondere quid ab aliquo Ios. 7, 19.  
2 Sem. 14, 18. est, eum celare.

Nunquid abscondetur à Domino quid-  
quam? Gen. 18, 11. pro: Latebit ali-  
quid Dominum, vel erit difficile?

Abscondere se à boue aut agno errante,

## A 3

Deut.

Deut. 22,1.est, Simulare se illum non videre.  
 Bonum abscondere, Psal. 31,20. pro, Seponere, recondere.  
 Cor abscondere ab intelligentia, Iob 17, 4. pro, Communi sensu priuare.  
 Abscondere se à facie Dei, Gen. 4,14. est, Coram eo non apparere.  
 Abscondere dolorem ab oculis, Iob 3, 10. id est, Efficere ut non videant molestias.  
 Abscondere oculos suos à viro dāte de semine suo Molech. Leuit. 20,4. est, Connuerere & eum occidi non curare.  
 Ne abscondas à me præcepta tua, Psal. 119,19. id est, Ne permittas ut ego destituar doctrina legis tuæ.  
 Abscondita est via mea à Domino, Ies. 40, 27. pro, Latet Deum quid agam, mores meos & consuetudines ignorat.  
 Viro cuius via abscondita est, Iob 3, 23. id est, Qui nescit qua via incedere debeat propter afflictiones.  
 Habitare in abscondito Altissimi, Psal. 91,1. id est, Sub præsidio Dei manere.  
 Abscondito tuo implebis ventrem eorum, Psal. 17,14. pro, Opibus quæ à te profiscuntur, & in thesauro tuo sunt reconditæ, explebis desiderium eorū.  
 Abscondere in abdito suo iniquitatem suam, Iob 31,33. pro, Apud se.  
 In absconditis impetrare sagittis, Psal. 64,5. pro, Occulte & ex insidijs iaculari.  
 Consiliati sunt super absconditos tuos, Psal. 83,4. id est, Aduersus hos quos protegis, vel qui à te deserti videntur, quum tamen eos protegas, machinati sunt.  
 Sit super vos absconsio. s. illorum deorum, Deut. 32, 38. id est, Vos protegant.  
 Et ibi absconsio fortitudinis eius. s. reuelata est, Habach. 3,4. id est, Fortitudo Domini quæ antea tecta fuerat, eo loci detecta est.

## A B S Q V E.

Absque iniquitate in manibus meis, 1 Par. 12,17. pro, Quū nullam iniquitatem admiserim.  
 Sic, absque prævaricatione mea, & absque peccato meo, Psal. 59,4,5.

## A B S T E R G O.

Abstergam Ierusalem sicut abstergit quispiam scutellam, 2 Reg. 21,13. pro, Repurgabo ciuibus suis.

## A B S I T.

Absit, non morieris, 1 Sem. 20, 2. pro, Prohibeatur à te. sic Ios. 22, 29. Absit nobis à nobis.  
 Absit mihi à Domino, 1 Sem. 26, 11 & ibid. 24,7 & 1 Reg. 21,3 & eiusmodi multa: pro, Auertat Dominus, prohibeat, ne permittat.

## A B V N D A N T I A.

Abundantia otij fuit ei, Ezech. 16,49. id est, In prosperitate rerum omnium, secura, & omnis curæ expers vixit.

## A B Y S S U S.

Et tenebræ (erant) in superficie abyssi, Gen. 1,2. id est, Tegebant immensam aquarum profunditatem.

**H E B R A I C A L I N G V A E**  
 Benedic te benedictionibus abyssi cubantis subtus, Gen. 49,25. id est, Habitare faciet te in terra fertili: vocatq; benedictiones abyssi, fructus qui ex profunditatibus terræ supernè ascédit. Iudicia tua abyssus multa, Psal. 36,7. id est, Profunda valde & inscrutabilia. Vide Vorago.

## A C C E D O.

Accedere ad propinquam, Leuit. 18,6. ad vxorem, Deut. 22,14. pro, Rem habere cum ea.

## A C C I N C T U S.

Ne laudet se accinctus sicut discinctus, 1 Reg. 20,11. id est, Is qui iam primum ensem accinxit, initurus prælium ne glorietur perinde atque is qui adepta victoria soluit zonam in qua est ensis. q. d. ne canat triumphum ante victoriæ.

Congregare se ab omni accincto cingulo, 2 Reg. 3,21. pro, Ab ea ætate in qua primum gestare solent ensem.

Exultatione colles accinxerunt se, Psal. 65,13. pro, Superuestiti sunt lætis viridibusq; herbis.

Accinxisti me lætitia, Psal. 30,12. Vide Saccus.

Accingere fortitudine, Psal. 18,33. Prou. 31,17. Fortem & robustum reddere, & fortitudine accingi, Psal. 65,7 fortem esse.

Debiles accincti sunt robore 1 Sem. 2, 4. pro, Viribus superiores facti sunt.

## A C C I P E R E.

Accipere aliquam, 1 Par. 2, 19, 21. i. ducre eam in vxorem.

## A C C V M B E R E.

Accumbere, dormire, euigilare, Psal. 3, 6. pro, Domino protegente summa tranquillitate & securitate frui.

Semitam meam & accubitum meum ventilasti, Psal. 139,3. id est, Iter quo gradior, & locum in quo recumbo explorasti, palamq; fecisti.

Nec rapias accubitum iusti, Prou. 24, 15. pro, Cubile eius, locum in quo sollet habitare.

## A C E R V U S.

Congregare, sicut aceruum, aquas maris, Psal. 33,7. pro, Aquas in vnum conglobare & condensare.

Posuerunt Ierusalaim in aceruos, Psal. 79,1. id est, Redegerunt eam in aceruos ruinarum.

In maxilla asini aceruum aceruorum percussi, Iud. 15,16. id est, Homines occisos aceruatim proieci.

Ingredieris in senectute in sepulchrum sicut ascendit aceruu in aream in tempore suo, Iob 5, 26. q. d. Non morieris ante mortem naturalē, sed senex.

## A C E T V M.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger mittentibus illum, Prou. 10,26. q. d. Non secus ac acetum & fumus officiunt, illud quidem dentibus, hic verò oculis: ita piger pigritia sua ijs qui mittunt illum, est detimento.

## A C I E S.

Instructores aciei 1 Par. 12, 38. pro, In acie struta pugnantes.

## A C V E R E.

Acuere oculos contra aliquem, Iob 16, 9. est, Terribilibus oculis eū intueri. Acutiores lupis vespertinis, Habach. 1,8 id est, rapaciores.

## A D.

Ecce ego ad teruicalia vestra, Ezech. 13, 20. pro, En ego de puluillis vestris hoc vobis prædicto.

Ad lites & cōtentionem ieunare, Iesa. 58,4. id est, Maius otium vacandi litoribus querere.

Ad sonitum fistularum voraginem vocare, Psal. 42,8. est, Voraginem eundem strépitum edere, quem emittunt fistulæ.

Præcepit præcepta Dominus Moseh ad filios Israel, Leuit. vltimo versu vltimo. pro, Ut exponeret illa filiis Israel.

## A D A M A S.

Cor suum posuerunt adamantem, ne audirent legem, Zach. 7, 12. id est, Obstinate in animo suo constituerū verbis legis non velle parere.

Vt adamantem, fortiorem silice dedi frontem tuam, Ezech. 3, 9. id est, Ut adamas durior est silice: sic constantia tuam fortiorem reddidi, pertinacia illorum, sub. Israelitarum.

## A D D E R E.

Addere ad audiendum, Deut. 5,25. pro, Iterum audire.

In anno quinto comedetis fructū eius, vt addere faciatis vobis prouentum eius, Leuit. 19,25. pro, Ut multiplicet vobis Deus, &c.

Addere adhuc ad loquendum, Iud. 9, 37. Et addere adhuc ad interrogandū 1 Sem. 23, 4. Item non addere ultra conspici, Iud. 13, 21. pro, Rursum loqui, Iterum interrogare, non posthac apparere: & sic de cæteris.

Addiderunt amplius odio habere eum, Gen. 37,5. pro, Maiore odio prosecuti sunt eum.

Addere centum vicibus 1 Par. 21,3. id est, Centuplo maiorem reddere.

Sic faciat mihi Dominus & sic addat, Ruth. 1, 17. 1 Sem. 20, 13. 2 Sem. 19, 13. & plura alia. pro, Dispeream, vel hæc & talia inferat in me Dominus, si, vel nisi; semper enim aliquid subauditur.

Addite annum super annum, & agnos iugulent, Iesa. 29, 1. pro, Elapsis pauculis annis.

Additum est bellum esse, 1 Sem. 19,8. motum est rursus bellum.

Audiet sapiens, & addet doctrinam, Prou. 1, 5. pro, efficietur doctior.

Addidit Saul timere à facie Dauid amplius 1 Sem. 18, 29. magis ac magis sibi timuit à Dauide.

Addent mites in Domino lætitiam, Ies. 29, 19. pro, Magis quam antea lætabuntur in Domino.

Addere peccatum super peccatum Ies. 30,1.

Addere prauitatem ibid. 1,5. & addere fornicationes, Ezecl. 23,14. & si quæ sunt eiusmodi, pro, Subinde magis ac magis

magis peccare, prava & nefaria opera prioribus alijs superaddere.

Addidisti sapientiam & bonum super famam quam audiui 1 Reg. 10,7. pro, Sapientia & bonitas tua superant famam quam audieram.

Addidi sapientiam super omnem qui fuit ante me in Ierusalaim, Eccle. 1, 16. id est, Comparaui mihi sapientiam amplioram quam habuerunt qui me præcesserunt. & ibid. vers. ultimo. Qui addit scientiam, addit dolorem, q. d. qui auget scientiam, simul auget quod eum cruciet; vel qui conatur admodum sapiens fieri, id non consequitur sine graui labore & animi molestia.

Non addetis ut detis paleam, Exod. 5, 7. pro, posthac non estis daturi. & ita de similibus.

Addidit Abraham & accepit vxorem, Gen. 25,1. pro, Abraham aliam duxit vxorem.

## A D D U C E R E.

Adducere oblationem Domino, Gen. 4,3,4. pro, Offerre Domino.

Nunc adduxi illam alias illud, & erit ad desolandum? Ies. 37,26. pro, Nunc huc usque illam perduxi ut desolare tur? vel ut destrucret, s. ciuitates munitas.

Vox adducentium confessionem in domum Domini, Ierem. 33,11. id est, Eorum qui bene precatur & gratias acturi Domino, ædem sacram adeunt.

Ecce adduco super te malum 1 Reg. 21, 21. Ierem. 19,3. id est, En ego prædicto me tibi illaturum mala.

Adducā vos in vinculo fœderis, Ezech. 20,37. pro, Feriam vobiscum fœdus.

## A D E P S.

Clausit se adeps propter ferrum, Iud. 3, 23. id est, Ne adeps egredetur, ferrum adactum continuit.

Adipe suo clauserūt corpus suum: Psal. 17, 10. id est, Præ pinguedine, corporis sensus & meatus sibi præclusere.

Operuit impius faciem suam adipe suo, Iob 15, 27. pro, Deditus delitijs bene curauit cutem suam.

Adducere oblationem de adipite pecu dum, Gen. 4,4. est, Pinguissimas gregis oves offerre.

Eleuare de adipite cuiusque rei, Numer. 18, 29. est, Optimam quamque partem offerre. nomine enim adipis, vel pinguedinis, optimum quodque intelligit Hebrei. sic: Adeps granorum tritici, Deut. 32,14. Adeps frumenti: Psal. 81,ultimo & Psal. 141,14. significat florem farinæ, vel optimum & præstansimum in tritico. Vide Pinguedo.

## A D H A E R E O.

Non adhærere manui quidquā de anathemate, Deut. 13,17. pro, non reseruare apud te quicquam.

Animam pulueri adhærere, Psal. 119,25. id est, non parum abesse quin ad sepulchrum deferatur.

Animam adhærere alicui, Gen. 34, 3. Psal. 63,9. est, Eum vehementer ad amare.

Adhærere mulieribus alienigenis am

do 1 Reg. 11, 2.est, Se totum, eis ser uiendo, mancipare.

Lepra Nahamā adhæribit tibi 2 Reg. 9, 27. id est, Lepra incurabili, qualis fuit Nahamī, laborabis.

Adhærere Bahal-peor: Psal. 106, 28. pro, Iugiter eius cultui addictum esse.

## A D H V C.

Quoniam adhuc visio in dies, Dan. 10, 14. pro, Quia hæc visio adhuc pertinet ad dies (illos). vel, Nondum defierunt visiones de ijs quæ tunc euentura sunt.

Adhuc tres dies, & reuertimini ad me 2 Paral. 10,5. pro, Transactis tribus diebus adeste.

Adhuc remanent sexaginta quinq; anni, frangetur Ephraim: Ies. 7,8. id est, Sexagesimo quinto elapsō. Et sic de alijs.

Adhuc modicum, & lapidabunt me: Exod. 17, 4. id est, Si res paulo magis processerit, vel post breue tempus. sic Osee 1,4. & alibi.

Adhuc est quis tibi h̄c? Gen. 19,12. pro, Habes in hac ciuitate præterea aliquot tuos?

## A D I C I O.

Non adjicet ut veniat per te ultra in circuncisus, Ies. 52,1. pro, Non veniet in te posthac.

## A D I M P L E O.

Nō adimpleuit ut iret post Dominum, sicut Dauid, &c. 1 Reg. 11,6. id est, Nō permanxit in vero Dei cultu cuius studiosus Dauid fuerat.

## A D I V R O.

Adiurando adiurare 1 Sem. 14,28. pro, Seriò adiurare.

Det Dominus te in maledictionem & in adiurationem, Num. 5, 21. id est, Te reddat execrandam.

## A D I V T O R I V M.

Posui adiutorium super potētem, Psal. 89, 20. pro, Constitui Dauidem fortē, ut auxilium ferat populo meo.

## A D O L E O.

Adolere de fermento confessionem, Hamos. 4,5. id est, incendere incensum gratiarum actionis seu confessionis, in oblatione in qua offertur panis fermētatus.

Faciebant malū in oculis meis ab adolescentia sua, Ierem. 32,30. id est Tempore quo fuerint in deserto.

Sustinere opprobrium adolescentiae, Ierem. 31,19. pro, Pœnas scelerum in adolescentia admissorum, luere.

Vxor adolescentiae alicuius, Malach. 2, 14, 15. ea est quam quis adolescens in vxorem duxit.

Quæ relinquunt ducē adolescentiae suæ, Prou. 2,17. id est, maritum.

Plange super maritū adolescentiae tuæ, Iοel. 1,8. id est, qui te adolescentulam duxit.

## A D V E N A.

Peregrini & aduenæ vos estis apud me, Leuit. 25,23. declaratur ex præcedentibus. Dixit enim: Terra non vendetur absolute, quia mea est, & vos aduenæ. q. d. haudquam ius vobis est, apud me reputatis ut aduenæ terram

quæ mihi soli competit, absolutè ven dere.

## A D V E R S V S.

Esse aduersus aliquem vndique in die mali, Ierem. 51,2. est, Eum inuadere & oppugnare.

## A D I F I C O.

Ædificare costam in mulierem, Gen. 2, 22. pro, Ex costa mulierem creare.

Adhuc ædificabo te, & ædificaberis, virgo Israël, Ierem. 31,2. pro, Restituam te in pristinum statum ex captiuitate.

Destruere & non ædificare, Psal. 28, 5. est, Sine spe futuræ restaurationis perdere.

Si conuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, Iob 22, 23. id est, Quam habuisti facultatē rursum assequēris. Ædificabitur in medio populi mei, Ierem. 12,16. pro, Feliciter agent cum populo meo.

Ædificati sunt facientes impietatem, Malach. 3,15. id est, In summa prosperitate vixerunt. Improborum verba. Ædificare domum firmam 1 Reg. 11,8. pro, Longo tempore permansuram familiam.

Ædificare domum fratris, Deut. 25, 9. est, Liberos, qui nomine fratris dicantur, procreare.

In sæculum misericordiam ædificari, Psal. 89,3. pro, Instar ædificij summa arte constructi, durare.

## A E G R O T O.

Agrotare fecit, Ies. 53,10. pro, Crucifixibus affecit.

Agrotantibus ipsis, Psal. 35,13. pro, Aliquod incommode vel tristitiam perferentibus.

Propterea non ægrotasti, Ies. 57, 10. pro, Ideo via illa minimè tibi fuit molesta. Mortibus ægrotantium mori, Ier. 16,4. id est, Morte confectorum fame.

## A E N E A.

An caro mea ænea? Iob: 6,12. q. d. an æneus sum ego, ut tata perferre queā?

## A E N I G M A.

Aperire cum cithara ænigma, Psal. 49, 5. est, Cithara qua cantica decantantur, canere res arduas.

Ænigmaticè loqui ænigma, Iud. 14,12: Ezech. 17,2. pro, Ænigma proponere.

## A E Q V V S.

Non est æqua via Domini, Ezech. 18, 25, 29 & 33,16. pro, Non præbet se æquum Dominus.

Æquitas non potuit ingredi, Ies. 59,14. f. Congregationem nostram.

Oculi tui videant æquitates, Psal. 17,2. pro, Declara & pronuncia quæ recta sunt.

## A E S.

Terra sicut æs, Leuit. 26,19. quæ nullum producit fructum: & ærei cæli, Deut. 28,25. qui rorem non demittunt.

## A E S T A S.

Versus est viror meus in siccitates estatis, Psal. 32,4. perinde succus meus exaruit, atque vehementi æstate humor desiccatur.

## A E S T I M O.

Æstimare facere terram ut det argen tum

## HEBRAICÆ LINGVÆ

tum, 1 Reg. 23,35. pro, Imponere terræ tributum.

## ÆSTVS.

Sicut æstus in loco sicco, sonitum alienorum humiliabis: sicut æstus in umbra nubis, propago fortium humiliabitur, Iesa. 25,5. id est, alienos tumultuantes compesces, velut æstus frangit transuentem, qui quod confugiat, in loco torrido & aranti non videt; & vti calor accessione nubis remittitur, sic ferocia superborum domabitur miserijs.

## AFFERO.

Afferre Domino gloriam & fortitudinem, Psal. 29,1. est, Laudem gloriae eius tribuere, eumque fortissimum confiteri.

## AFFLICTIO.

Septem diebus comedes cum eo infernata, panem afflictionis, Deut. 16,3. q. d. monimenta afflictionis quam pertulisti in Ægypto, & anxiæ noctis in qua egressi estis ex ea.

Affligitis animas vestras, Leuit. 16,29 & 23,27. pro, Ieiunabitis.

Omne iuramentum ligaminis ut affligat animam, Num. 30,14. pro, Omne prouissum quo se, ad affligendam scipsum, iuramento constrainxit.

Affligeas, Iud. 19,24. & concubinam meam affixerunt cap. 20,5. pro, Constatuprate eas, compresserunt eam.

## AFFVENTIA.

Affluentiam marium sugere, Deut. 33,19. pro, Mercibus marinis abundare.

## AGER.

In agro Moab, Gen. 36,35. pro, In regione Moabitarum.

## AGGER.

Succidite ligna & effundite iuxta Ierusalaim aggerem, Ierem. 6,6. id est, Ex multa lignorum materia magno aggere constructo muros eius superate.

## AGRICOLO.

Aggrauare cor, 1 Sem. 6,6. est, Periculum & obstinatum esse.

Aggrauare iugum, 1 Reg. 12,4,10,14. pro, Grauissimum iugum imponere.

Die ac nocte aggrauabitur super me percussio tua, Psal. 32,4. pro, Ingravescit, indurescit.

Aggrauetur opus super viros, Exod. 5,9. pro, Obruuntur laboribus.

Aggrauatum est prælium contra Saul, 1 Sem. 31,3. pro, Onus prælii versum est in Saulem.

## AGNOSCO.

Agnoscere faciem in iudicio, Deut. 1,17 est, Delectum personarum habere, ex vultu iudicare.

## AHAH.

Ahah diei, Joel. 1,14. pro, Heu dies in-

## ALA.

(felix.

In penetralibus cubilis tui ne vilipendas diuitem, quia auis cælorum ire faciet vocem, & habens alas annunciat verbum, Eccl. 10,20. id est, Quoniam fama malum quo nō velocius vellum, celeriter instar auis volantis sermones tuos deferet.

Non fuit qui moueret alam, & aperiret

os & garret, Ies. 10,14. pro, Qui vel conaretur tantum prohibere, & verbis contradiceret.

In ymbra alarum tuarum absconde me, Psal. 17,8. pro, Sub protectione tua me recipe. & sic de cæteris.

Eleuaui vos super alas aquilarum, Exod. 19,4. pro, Tuli vos in humeris meis, vt aquila portat pullos suos in alis.

Alæ Solis, Malach. 4,2. pro, Radij.

O terra ymbra alarum, Iesa. 18,1. id est, O terra classium velis opaca.

## ALBESCO.

Si fuerint peccata vestra tamquam coccinum, veluti nix, albescere, Iesa. 1,18. id est, Si pœnitentia duæ resipueritis, quamvis magis quæ coccinum peccata in vobis appareant, & inhærent, nihilominus gratiam consecuti, niue eritis cædiores, id est, mudi. Non tunc facies Iahacob albescere, Ies. 29,22. id est, Cùm hoc acciderit, timore non expallescet, alij pudore.

## ALIENO.

Alienare se retrorsum, Iesa. 1,4. id est, Retrocedere.

Alienum se ostendere alicui, Gen. 42,7. est, Aliam præ se ferre personam.

Ascendere facere suffimatum alienum, Exod. 30,9. pro, Aliud quædam iusserit Dominus offerte.

Sicut euersio alienorum, Iesa. 1,7. pro, Quæ sit ab alijs.

Alienare locum, Ier. 19,4. est, Prophanare illum.

## ALIENIGENA.

Omnis filius alienigenæ non comedet ex eo, Exod. 12,44. id est, Extraneus, alienus à Iudaica religione.

## ALLEVIO.

Alleuiare manum ab aliquo, 1 Sem. 6,5. est, Desistere illum affligere, aut saltem leuius.

Ad alleuiandum aliquem ferre cum eo, Exod. 18,22. est, Partem onoris illius in se recipere.

## ALLIGO.

Ipse dolere faciet, & alligabit, Iob 5,18. pro, Medebitur: q. d. fascijs more chirurgi vulnus obligabit. & sic de multis alijs locis.

Alligare principes secundum animam suam, Psal. 105,22. id est, Ad animi sui votum & sententiam tenere eos deuinctos & subditos.

## ALTARE.

Replebunt se tamquam anguli altaris, Zach. 9,15. id est, Tanquam anguli altaris ad quos victimarum sanguis effunditur, inimicorum suorum sanguine replebuntur.

## ALTVS.

Domus ista quæ est altissima, 1 Reg. 9,8. pro, In summo honore.

Super altitudinem agri, Iud. 5,18. in capo eminente, id est, Aperto marte.

In altitudine sunt iudicia tua coram eo, Psal. 10,5. id est, Longius à se remota tua iudicia putat esse, quæ vt de eo sumas supplicium.

Soliū gloriæ, altitudo à principio, Iere. 17,12. pro, Solium Dei glorioſi fuit ab æterno.

Visitabo super gloriam altitudinis oculorum eius, Iesa. 10,12. id est, Puniam illum propter fastum & supercilium.

Propter eam in altitudinem reuertere, Psal. 7,8. pro, Conscende tribunal vt iudices.

## AMARVS.

Dimitte eam, quia anima eius amara est ei, 2 Reg. 4, 27. pro, Est mortuissima.

Ne forte attingant vos viri amari animo, Iud. 18,25. id est, Animo concitati, aut iracundi. & sic illud 2 Sem. 17, 8.

Plangent super te in amaritudine animæ, Ezech. 27,31. pro, Planctu amaro.

Scribis contra me amaritudines, Iob 13,26. pro, Flagitia dolorem parentia.

Fletus amaritudinum, Ierem. 31,15. pro, Amarus. & sic de cæteris.

Cum amaritudinibus comedere agnum, Exod. 12,8 & Num. 9,11. id est, Cum herbis amaris.

## AMATOR.

Omnes amatores tui oblii sunt tui, Ierem. 30, 14. id est, Amici qui prius præ se ferebant te amare.

## ABOMINATIO.

Abominatio Domini sunt etiam ambo Prou. 20,10. pro, Vtrumque abominatur Dominus.

## AMBULO.

Ambulare sensim, 1 Reg. 21,27. more lugentium ac mortuorum.

Ambulare facere, Iesa. 63,12. pro, Deducere. & ita de multis alijs.

Omnibus diebus quibus ambulauimus cum eis, 1 Sem. 25,15. id est, Quandiu cum eis versati sumus. & sic: Ambulare in aliquo loco, 1 Sem. 30,31 & Thren. 5,18. versari in eo.

Detur pueris qui ambulant ad pedes domini mei, 1 Sem. 25,27. pro, Qui tibi famulantur.

Quinque puellæ eius ambulabant ad pedes eius, 1 Sem. 25, 42. pro, Pedis quæ eius.

Ambulabo in medio vestri, Leuit. 26,12. id est, Adero vobis. ac si dicat, si vertatis solum, ego quoque vertam.

Ego ambulaui coram vobis ab adolescentia mea, 1 Sem. 12,2. id est, à pueri Remp. vestram moderavi.

Ambulauit absque desiderio, 2 Par. 21,20. pro, Vixit inglorius, nullum sui desiderium relinquens.

Ambula in conspectu meo & esto perfectus, Gen. 17,1. Et ambulauerunt coram me in veritate, 1 Reg. 2,4. pro, Vitam ducito integerrimam. Et veritatem ante me coluerunt. & sic de alijs.

Vt ambulem coram Deo in lumine viventium, Psal. 56,14. pro, Vt vitam meam inter mortales ad Dei arbitrium componam.

Domus tua & domus patris tui ambulabunt coram me in seculum, 1 Sem. 2,30. pro, Fungentur semper officio summi sacerdotis in tabernaculo meo. & ibid. vers. 35. Ambulabit coram Christo meo omnibus diebus. pro, Fungetur sacerdotali munere

I D I O T I S M I.

nere coram rege quem constitucro.  
Et ambulauit Chanoch cum Deo, Genef. 5,22. pro, Adhæsit & assuefecit se cultui Dei.

Vidi cunctos viuentes ambulantes sub sole cum pueru secundo qui stabit pro eo, Eccl. 4,15. pro, Fuentes filio regis successuro patri.

Si ambulaui cum mendacio, Iob 31,5. id est, Si vanitatem sectatus sum.

Beatus vir qui non ambulauit in consilium impiorum, Psal. 1,1. pro, Qui non adfuit consilio eorum, vel est illud fecutus, sic cætera similia.

Domine in lumine tuo ambulabunt, Psal. 89, 16. id est, Bonitatem, gratiam & virtutem tuam sentient.

Neque ambulaui in magnis neq; in mirabilibus supra me, Psal. 131,1. pro, Neque res arduas aggressus sum, nec tentaui aliquid quod esset supra vires meas.

Quia omnes populi ambulabunt vñus quisque in nomine Dei sui, & nos ambulabimus in nomine Domini Deinostri, Mich. 4,5. pro, Colent idola sua, sed nos Dominum Deum colemus.

Ambulare in peruersitate oris, Prou. 6, 12. pro, Mentiri, & mendacio assuetum esse.

Ambulare in statutis gentis a licuius, Leuit. 20,23. pro, Viuere iuxta mores illius.

Ambula in vijs cordis tui, Eccl. 11,9. pro, Fac quicquid animo tuo lubescit.

Ambulauit per viam regū Israel, 2 Reg. 8, 18. pro, imitatus est vel sequutus mores & studia, & sic de multis alijs.

Qui ambulant post spiritum suum, Ezech. 13,3. id est, Qui sectantur suas cogitationes.

Ambulare & crescere, 1 Sem. 2,26. pro, Subinde magis ac magis crescere, vel promouere annis & bonitate, famaq; bona crescere.

Iustitia ante eum ambulabit, Psal. 85,14. id est, Homines colent iustitiam ita vt Deo probentur.

A M E N.

Et dixit: Amen, 1 Reg. 1, 36. pro, Ita fit, vel veritas s. sit, firmetur. & ita de alijs.

A M I C I O.

Amicire amiendo, Iesa. 22, 17. pro, Obruere confusione & opprobrio.

A M O R.

Cerua amorum, Prou. 5,19. id est, Amabilis.

Et corruptit se amore suo præ illa, Ezech. 23,11. id est, Insaniore amore capta est quam soror sua maior.

Ecce tempus tuum, tempus amorum, Ezech. 16,8. id est, Tempus aptum viro ac nuptijs, quando eras nubilis.

A N A T H E M A.

Et erit ciuitas anathema, ipsa & omnia quæ sunt in ea Domino, id est, Profrus disperdentur in gratiam Domini, Iof. 6,16. & sequenti versu, Ponatis castra Israel in anathema, pro, Sitis causa perditionis castrorum Israel.

Sicut ager anathematis, Leuit. 27, 21.

Sicut ager Deo deuotus ex manibjs, aut, pro redimenda culpa.  
Nisi disperdatis anathema è medio vestri, Iof. 7,12. id est, Hominem qui tulit de anathemate.

A N C I L L A.

Quia locutus es ad cor ancillæ tuæ: Et ego non sum sicut vna ex ancillis tuis, Ruth 2, 13. pro, Cum tamen non sim conferenda vni ex ancillis tuis.

A N G V L V S.

In circuitu attondere angulum capitis Deut. 19, 27. id est, Fine capillorum. & ibidem: Dissipare angulum barbae: pro, Radere barbam.

Filiæ nostræ sicut anguli incisi palatij, Psal. 144, 12, id est, Formosæ, vt sunt angulares lapides eleganter politi quibus construuntur palatia.

Steteruntque anguli omnis populi, Iud. 20,2. pro, Primores, proceres.

Ex ipso erit angulus, Zachar. 10,4. id est,

Caput Ecclesiæ Christus.

A N G V S T V S.

Locus est angustus à nobis, 2 Reg. 6, 1. pro, angustior est quam vt nos capiat. Angustijs sum affecta in vita mea, Gen. 27, 46. pro, tædet me vitæ meæ.

Et angustijs affecta est anima eius, vt moreretur, Iud. 16, 16. id est, Doluit a deo vehementer, vt parum abfuerit quin moreretur.

Angustiæ cordis mei dilatatae sunt, Psal. 25, 16. id est, Tantam habeo curarum congeriem, vt omnes cordis mei partes occupent & longe lateq; obruant. Ostendisti mihi angustias multas, Psal. 71, 20. pro, Experiri fecisti.

Angustia afficior super te, 2 Reg. 1, 26. pro, Doleo vicem tuam.

A N I M A.

Onager assuetus deserto in desiderio animæ suæ attrahit ventum, Ierem. 2, 24. id est, Liber & solutus sine lege & præceptis vivit.

Dedi dilectionem animæ meæ, Ierem. 12, 7. pro, Populum quem vnicè, & ex animo diligebam.

Omne quod protulerat labijs suis in votis eius & in ligamine animæ eius, Num. 30, 13. pro, Obligatione qua se ipsam deuinixerat.

Vir raptor propter sanguinæ animæ vsq; ad sepulchrum fugiet, Prou. 28, 17. id est, Propter cædem à se vel ab alio sui causa perpetrata, donec moriatur, erit instabilis & fugitiuus.

Anima arida, Num. 11, 6. p, Quæ esurit. Latus animo, Prou. 28, 25. pro, Superbus. Ecce viri superbi non est recta anima, Abac. 2, 4. id est, Peruero animo præditus est.

Et fuit homo in animam viuentem, Genef. 2, 7. id est, Factus est homo animatus, & viuere cœpit vita temporali, sic Paulus 1 Cor. 15, 45.

Quia anima carnis in sanguine est, Leuit. 17, 11. pro, Anima carnalis seu animalis sedem habet in sanguine.

Ab anima & vsque ad carneum consumere, Esai. 10, 18. id est, Non solùm vita priuare, sed etiam corpora in cinerem vertere.

Qui nō accepit in vanum animam suā, aliás meam, Psal. 24, 4. id est, Qui non iurat per Deum, siue per nomen eius. Circundederūt me aquæ vsq; ad animā, Ionæ 2, 6. vsq; ad separationē animæ à corpore, q. d. periclitatus sum maxime de vita quū essem in aquis maris. Custodire animam suam valde, Deut. 4, 9. est, Diligenter & solicite sibi propicere.

Effundere animam suam coram Domino, 1 Sem. 15. pro, Quicquid est in animo depromere.

Decipere animam suam, Num. 37, 9. id est, Semetipsum.

Deficeré facere animam suam à bono, Eccl. 4, 8. pro, Seipsum bonis defraudare.

Nescire animam suam, Iob 9, 21. pro, Munia animæ suæ.

Animam sibi vociferati, Iesa. 15, 4. pro, Apud se.

Accipere omnes animas domus suæ, Gen. 36, 6. id est, Omnes personas suæ familiæ. & sic de alijs.

Ipsi institores tui in animabus hominis, Ezech. 27, 13. id est, Exposuerunt mancipia vænalia.

Ligare ligamen, vel ligamine animam, vel super animam suam, Num. 30, 3, 4, 11, 12. id est, Obligare se.

Conculcabit anima mea robustum, Iud. 5, 21. id est, Conculcabo.

Comedere animam, Ezech. 22, 25. pro, Homines perdere.

Non relinques animam meam in sepulchro, Psal. 16, 10. id est, Corpus meum.

Errare facere animam, Ier. 42, 20. pro, Aliquem in errorem inducere.

Et animas quas fecerant in Charan, Genef. 12, 5. id est, Seruos emptitos, vel potius veraculos.

Facere malum ad animam suam, Ierem. 44, 7. id est, In sui perniciem.

Morietur in adolescentia anima eorum, Iob 36, 14. pro, Adhuc adolescentes morientur.

Anima cùm obtulerit, Leuit. 2, 1. pro, Quum quispiā. & ita de multis alijs.

Ne obsecro pereamus propter animam viri istius, Ionæ 1, 14. id est, Quod eū submergamus.

Petere cibum animæ suæ, Psal. 78, 18. pro, Cupiditati suæ.

Dare alicui animam eius in spolium, Ierem. 45, 5. id est, Dare ei vitam incolument quæ est ei tam grata, quā militibus spolia.

Firmare super animam suam, & super semen suum, Esther 9, 31. id est, Pro se & pro posteris polliceri.

Non est qui quærat animā meam, Psal. 142, 5. pro, Qui satagat eripere me.

Non accipiet Deus animam, 2 Sem. 14, 14. pro, Non suscipiet faciem alicuius, vt non moriatur.

Ferrum ingressum est animam eius, Psal. 105, 18. Corpus eius vincitum est catenis.

Vtinam esset anima vestra loco animæ meæ, Iob 16, 4. pro, Vtinam, qualia patior, pateremini.

Qui abierunt cōtra animas suas, 2 Sem.

## HEBRAICÆ LINGVÆ

23, 17. pro, Cum periculo vitæ suæ.  
& ita 1 Par. 11, 19.

Benedicere animæ suæ in vita, Psal. 49,  
19. est, Quamdiu quis viuit, animam  
suam beatam prædicare, vel diuinitijs  
frui, vel, vt alij, sibi blandiri.

Propter animam circundederunt me,  
Psal. 17, 9. pro, Vt me vita spoliarent.  
Eruerunt in anima tua, Gen. 19, 17. pro,  
Consule vitæ, & saluti tuæ.

Fugere pro anima sua, 2 Reg. 7, 7. pro,  
Saluti suæ consulere.

Animam eiaculari in medio sedis fun-  
dæ, 1 Sem. 25, 29. id est, Citissima  
morte perimere.

Anima mea in manu mea semper, Psal.  
119, 109. pro, In discrimine vitæ sem-  
per veritor.

Capere laqueum animæ suæ, Prou. 22,  
25. pro, Malum sibi accire.

Anima domini mei erit colligata in  
fasciculo vitæ cù Domino Deo tuo,  
1 Sem. 25, 29. pro, Dominus meus  
diutissimè viuet colendo Dominum  
Deum.

Qui verò percusserit animam animalis,  
restituet eam, animam pro anima,  
Leuit. 24, 17. pro, Quicunque occi-  
derit animal, reddet aliud eiusdem  
speciei.

Percutete aliquem in anima, Gen. 37,  
21. est, Eum occidere, plaga lethali  
vulnerare.

Ponere animam suam in manu sua, Iu-  
dic. 12, 3. id est, Vitam exponere pe-  
riculis.

Erit anima tua pro anima ipsius, 1 Reg.  
20, 42. pro, Morieris tu loco eius cui  
mortendum erat.

Projcere animam suam, Iud. 18, 17. est,  
Eam periculis obijcere.

Quærere animam alicuius, 1 Sem. 10, 1.  
pro, Eum interficere velle.

Stare pro anima sua, Esther 8, 11. pro, Vi-  
tam suam tueri.

Viuificare animam, Gen. 19, 19. pro, Cö-  
seruare in vita.

Anima Ionathan ligata est cum anima  
Dauid, & dilexit eum Ionatham, si-  
cut animam suam, 1 Sem. 18, 1. id est,  
Amore eum vnicè amplexus est.

Si est cum anima vestra, Gen. 23, 7. pro,  
Si vobis placet.

Diligere Dominū in tota anima, Deut.  
7, 5. pro, Toto affectu.

Dilatare sicut infernus animam suam,  
Chabb. 2, 5. id est, Inhiare & teneri  
inexplebili desiderio, quale est infer-  
ni qui nunquam expletur.

Dimittere aliquem animæ suæ, Deut.  
21, 14. Liberū eum abire, permittere.

Ad terram eleuare animam redeundi  
causa Ierem. 22, 27. pro, Sperare ad  
eam reuerti, vel in spem erigi.

Euge animæ nostræ, Psal. 35, 25. q.d. Vah,  
pro voto successit.

Animæ non implebitur, Eccl. 6, 7. pro,  
Cupiditas habendi nō potest satiari.

Vos nostis animam peregrini, Exod. 23,  
9. pro, Quales sint peregrinorum af-  
fectus.

Dimittere aliquem liberum in animam  
suam, Jerem. 34, 16. pro, Arbitrio suo.

Ne forte recedat anima mea à te, Iere.  
6, 8. pro, Ne cogar desinere te amare.

Emittere è castris omnem immundum  
super animam, Num. 5, 2. pro, Pollu-  
tum cadauere.

Animam hominis accipere pro pigno-  
re, Deut. 24, 6. id est, Victimam homi-  
nis, siue id vnde sibi querit victimam.

Computruit in ira anima mea, Psal. 31,  
10. id est, Vis illa animæ quæ appetit  
cibum.

Humiliauit se ad puluerem anima no-  
stra, Psal. 44, 26. pro, Corpus nostrum,  
vel vt alij, Vis vitalis.

## A N N O N.

An non præcepi pueris? Ruth 2, 9. pro,  
Certissimè præcepi. Interrogatiè  
pronuntiant Hebræi quod maximè  
affirmare volunt.

## A N N U L V S.

Viuo ego, dixit Dominus: Quia si esset  
Choniahu filius Iehoiachim regis Ie-  
hudah annulus in manu dextera  
mea: quia inde euellam te, Iere. 22,  
24. id est, Etiam si Choniahu eiusdem  
conditionis esset cuius annulus qui  
nunquam de manu dextera amoue-  
tur, ego tamen me inde illum euul-  
surum iuro.

## A N N V N T I O.

Fortitudinem operum suorum annun-  
tiavit populo suo, Psal. 111. pro, Po-  
tentem suam virtutem patefecit.

## A N N V S.

In fine annorum coniungentur, Dan. 11,  
6. id est, post aliquot annos.

Tanquam mercenarius anni in anno e-  
rit secum, Leuit. 25, 53. pro, Tanquam  
annuus mercenarius.

A fine anni ad annum tondere, 2 Sem.  
14, 26. pro, Quotannis.

Annū cum anno pauere, Iesa. 32, 10.  
id est, Non uno anno, sed multis.

Et fuit in reuersione anni, 2 Sem. 11, 1.  
id est, In sequente anno, aut reuoluto  
anno.

Per mensem in anno intererat vniuersu-  
iusque ex eis alere, 1 Reg. 4, 7. pro,  
Spacio vnius mēsis p singulos annos.  
Addite annum super annum, & agnos  
iugulent, Iesa. 29, 1. id est, Non post  
multos annos.

Coronare annum bono, Psal. 65, 12. est,  
Illum omni affluentia bonorum vbe-  
rem & ornatum reddere.

Multitudo annorum scire faciet sapi-  
tiam, Iob 32, 7. pro, Ætate prouecti  
sapienter loquentur.

Quia anni numerabiles venient, & per  
semitam vnde non reuertar ambu-  
labo, Iob 16, 22. pro, intra paucos an-  
nos moriar.

## A N T E.

Et Sophach princeps exercitus Hadar-  
hezer erat ante eos, 1 Par. 19, 17. pro,  
Dux erat eorum.

Egredi ante aliquem, 2 Par. 19, 2. est, In  
eius occursum procedere.

Et hoc erat ante in Israel, Ruth 4, 7. pro,  
Hic erat mos antiquitus.

Secundum dies antiquos, Ierem. 46, 26.  
pro, Vt olim, vel, vt antea.

Antiquus dierū sedit, Dan. 7, 9. p, Deus.  
Et sorores tuæ, Sedom, & villæ eius re-  
uertentur ad antiquitatem suam, E-  
zech. 16, 55. id est, Ad priora sua, vt  
sint in eo statu quo erant prius.

Torrens antiquitatum, Iud. 5, 21. id est,  
Qui in hoc à Deo ordinatus ab ini-  
tio fuerat, & à longo tempore vt in  
eo perirent Chananae.

## A P E R I O.

Aperire in parabola os suum, Psal. 78, 2.  
est, Dicere parabolas.

Aperire os suum ad Dominum, Iud. 11,  
35, 36. pro, Voucre Domino.

## A P P E N D O.

Vtinam appendendo appenderetur ira  
mea, Iob 6, 2. pro, Exactissimè pon-  
deraretur.

## A P P O N O.

Timor Domini apponet dies, Prou. 10,  
27. id est, Qui timet Dominum, lon-  
go tempore victurus est.

## A P P R E H E N D O.

Apprehendet apud vos tritura vindemi-  
am, Leuit. 26, 5. pro, Tempus tri-  
turæ durabit vsque ad vindemiam.

Si pauper fuerit & manus eius non ap-  
prehendens, Leuit. 14, 21. id est, Si nō  
habeat vnde possit sibi comparare.  
& ibid. 22. quos apprehendet manus  
eius, id est, quos habere poterit.

Apprehendere manum alicuius, Ies. 42,  
6. est, Illum tueri, conseruare, gu-  
bernare.

## A P P R O P I N Q V O.

Et appropinquauerū dies Israhel vt mo-  
reretur, & vocauit, Gen. 47, 29. id est,  
Paulo antequam moteretur vocauit.

Appropinquare facere, Exod. 29, 10.  
Num. 8, 9 & alibi. est, Admouere, ad-  
ducere, offerre.

Sacerdotes qui appropinquant Domi-  
no, Ezech. 42, 13. id est, Qui fungun-  
tur munere sacerdotali.

Appropinquauit prælium, 1 Reg. 20, 29.  
id est, Commissum est prælium.

Appropinquationem Dei volent, Esa.  
58, 2. pro, Vt Deus sit illis propin-  
quus, optare videbuntur.

## A P V D.

Furto ablatum erit apud me, Gen. 30,  
33. pro, A'me.

Non est opus apud te vt auxilieris cum  
multis ei, cui non est fortitudo, 2 Par.  
14, 11. id est, Sine maximis copijs o-  
pem infirmo tutam ferre potes.

## A Q V A.

Aquas appendere in mensura, Iob 28,  
25. pro, Aquis mensuram suam sta-  
tuere.

Inundare facere aquas super faciem a-  
licuius, Deut. 11, 4. id est, illum sub-  
mergere.

Aquæ quæ non sunt fideles, Iere. 15, 18.  
id est, Quæ non continuò fluunt, sed  
nonnunquam cursum intermittunt.

Semen eius in aquis multis, Num. 24, 7.  
pro, Māgnum capiet incrementum,  
vt faciunt semina in locis humen-  
tibus.

Quæ habitas iuxta aquas multas, Iere.  
51, 13. id est, Euphratem amnem ce-  
leberimum.

Facere

Facere opus in aquis multis, Psal. 107, 23. id est, Negotiari in mari.

Transisset super nos aqua superba, Psal. 124, 5. id est, Aqua tumida magno vt impetu inuidat & obruit, sic hostium violentus incursus nos totos deuastasset.

Ad aquas requietum deducere, Psal. 23, 2. pro, Ad aquas leniter fluentes in quibus nihil est periculi.

Vir erit sicut riui aquarum in deserto, Iesa. 32, 2. id est, Tam gratus quam sunt riui aquarum, iter per locum aridum facientibus.

Transire facere per aquam, Num. 31, 23. id est, Eluere.

Hortus cui non est aqua, Iesa. 1, 30, id est, Sterilis propter ariditatem.

Ecce aquæ ascendunt ab aquilone, Iere. 47, 2. pro, Maximus exercitus. & sic de similibus.

In inundatione aquarum multarū, Psal. 32, 6. pro, In maximis ærumnis & calamitatibus. Item : Traxit me de aquis multis, 2 Sam. 22, 17. pro, Eripuit me à grauissimis periculis. Ita de reliquis.

Aquæ calicis pleni exprimitur eis, Psal. 73, 10. id est, Haurient magnum dolorem & cruciatum ex prospero illo successu in quo sibi placent, improbi.

Quis det ut caput meum sit aqua? Iere. 9, 1. pro, Vtinam caput vel cerebrum meum in lachrymas conuertatur.

Sicut aqua effusus sum, Psal. 22, 15. q. d. Propemodum caro mea versa est in aquam.

Inundabit sicut aquæ, iudicium, Ham. 5, 24. id est, Ius crebrò dicetur.

## ARATOR.

Attinget arator messem, Ham. 9, 13. vult dicere: Tanta erit frugum copia, vt in messe colligenda occupentur usque ad tempus arationis.

## ARBOR.

Est enim vt homo, arbor agri, Deut. 20, 19. Sensus est : perinde facis arborem succidendo, ac si hominem ipsum occideres, quandoquidem arbores homini victimum suppeditant.

Quia pudore afficiemini ab arboribus quas concipiuitis, Iesa. 1, 29. Intelligit lucos sub quibus idola colebant, vel ligna vnde illa siebant.

## ARCVS.

Armati arcu, 1 Par. 12, 2. id est, Sagittarij. Versi sunt vt arcus dolosus, Psal. 78, 57. pro, Sicut arcus non bene tensus reflectitur, sic populus fallax aliò quam ad Deum suum se reflexit.

Arcus & fortes confracti sunt, 1 Sam. 2, 4. q. d. Fortibus nihil prosunt arcus.

Extendi mihi Iehudah tanquam arcum, Zach. 9, 13. id est, Cogito me in rebus bellicis non secus atque arcu, vti opera Iudeæ.

Habituauit in forti loco arcus eius, Gen. 49, 24. pro, Arcus eius non languit, sed quamlibet duris ictibus restitit.

Implere manum tuam arcu & percute, 2 Reg. 9, 24. est, Manu plena arcum tenendo, altera neruum adducere & sagittam projcere.

Arcus meus in manu mea innouabitur, Iob 29, 20. id est, Robur meum quotidie vires nouas recuperabit.

Manifestatione manifestauit se arcus tuus, Chabb. 3, 9. id est, Apertum tulisti auxilium.

Ad eum qui tendendo tendit arcum suum, Ierem. 51, 3. id est, Ad sagittarium qui vtitur arcu.

## AREA.

Vnde saluam te faciam? num de area, vel de torculari? 2 Reg. 6, 27. pro, Unde potero tibi cibum & potum subministrare, cù frumentum & vinum desint?

Sicut quisquiliæ de Areis æstatis, Dan. 2, 35. id est, In quibus repurgari solet triticum tempore æstatis.

## ARENÆ.

Congregabit tamquam arenam captiuitatem, Chab. 1, 9. id est, Innumeram captiuorum multitudinem capiet. & sic multa alia.

## AREO.

Aruit gaudium à filijs hominum, Joel. 1, 12. id est, Profsus perijt.

## ARGENTVM.

Eloquia Domini, eloquia munda, argentum conflatum, Psal. 12, 7. id est, Dei promissiones numquam fallunt, vt neque argentum repurgatum.

Succisi sunt omnes ferentes argentum, Sephan. 1, 11. id est, Mercatores.

Argento pleno dare, Gen. 23, 9. id est, Iusto pretio.

Ecce dedi mille argenteos, Gen. 20, 16. Suppl. Siclos.

## ARIÆS.

Arietes filios Basan, Deut. 32, 14. pro, Pingues. quia nutriti in Basan.

## ARMA.

Deditq; Ionathan arma sua puer, 1 Samuel. 20, 40. id est, Pharetram & arcu.

Arma iniuitatis in habitationibus suis, Gen. 49, 5. pro, Iniusta vis penes eos habitat.

Operi caput meum in die armorum, Psal. 140, 8. id est, Protege me cù multis exponor periculis.

## ARO.

Arate vobis arationem, Osee 10, 12. pro, Cogitate vobis cogitationem.

## ARTIFEX.

Artifices parietis, & artifices lignorum, 1 Par. 14, 1. id est, Latomi & lignarij.

## ASCENDO.

Sexcenti aurei ductiles ascendebant super scutovno, 2 Par. 9, 15. id est, Insuimebantur.

Ascendere fecit eum in cœnaculum, 1 Reg. 17, 18. pro, Portauit eum.

Super altero cornu quod ascendebat, Dan. 7, 20. id est, Succrescebat.

Ascendere facere iram, Ezech. 24, 8. id est, Adiram prouocare.

Non ascendit numerus in numerū verborum dierum regis Dauid, 1 Par. 27, 24. pro, Numerus iste non fuit relatus in numerum annalium regis Dauidis.

Adhæreat lingua mea palato meo, si nō ascendere fecero Ierusalaim in capite latitiæ meæ, Psal. 137, 6. id est, Si non

velut in cacumine summo lætitiae præcipuum gaudium meum in recordinatione Ierusalaim posuero.

Nec ascendit super cor meum, Ierem. 19, 5. pro, Ne cogitaui quidem unquam.

Tu ascendisti super yniuersas, Prou. 31, 19. id est, Omnes superasti.

Ascendere fecit rex Selomoh tributum ex omni Israel, 1 Reg. 5, 13. pro, Indixit tributum omni Israeli.

Vestis diuersis speciebus contexta non ascendet super te, Leuit. 19, 19. pro, Non indueris ueste quæ contexta sit duobus.

Ascendit Saul de post Pelistim, 1 Sam. 14, 46. Retulit pedem à persecundis Philistæis.

Ego ascendere faciam te, etiam ascendendo, Gen. 46, 4. pro, Reducam te.

Ascendere facietis offa mea hinc vobis cum, Exod. 13, 19. pro, Asportabitis vel efferetis.

## ASPECTVS.

Aspectus plagæ, Leuit. 13, 3. id est, Superficies, quod præ se fert speciem.

Pudore afficietur ab Aethiopia aspectu suo, Ies. 20, 5. id est, Frustrabuntur spe sua quam conceperant de Aethiopibus à quibus sperabant auxilium.

Percussit virum Ægyptum, virum aspectus, 2 Sam. 23, 21. id est, Virum formosum siue spectabilem, in quem omnes coniiciebant oculos.

## ASPIRS.

Oua aspidis ruperunt, Iesa. 59, 5. pro, Noxium sibi opus fecerunt.

## ATTENVO.

Cum attenuatus fuerit frater tuus, Leuit. 25, 25. pro, Inciderit in paupertatem.

## AVDIO.

Vt quid audis verba hominis? 1 Sem. 24, 10. pro, Quare credis delatori?

Audiui de te dicere quod audias somnium ad soluendū illud, Gen. 41, 15. id est, Quod vbi audieris somnium, interpretaris illud.

Vt audiat quod est bonum & malum, 2 Sam. 14, 17. id est, Vt ponat discri-

men inter causam iustum & iniustum.

Vide audiui vocem tuam, 1 Sam. 25, 35. pro, Acquieui petitioni tuae.

Dominus audiat inter nos, Iud. 11, 10. pro, Huiusc rei testis esto Dominus.

Quæ futura sunt facite audire nos, Iesa. 41, 22. id est, Narrate nobis. & sic de cæteris id generis.

Quis credit auditui nostro? Iesa. 53, 1. pro, Rumori ac famæ quam sparsimus de Christo.

Auditus super auditum erit, Ezech. 7, 26. id est, Crebri rumores spargentur.

Omnès audientes auditionem tuā plauerunt, Nach. 3, 19. id est, Quicunque rumorem de tua ruina acceperunt, letati sunt.

## AVGEO.

Augete mihi valdè dotem, Gen. 34, 12. pro, Petete à me ingente dotem.

## AVGVRO.

Viri augurati sunt, 1 Reg. 20, 33. pro, More augurū diligenter obseruarunt.

## AVIS.

## HEBRAICÆ LINGVÆ

## A V I S.

Sicut aves volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalaim, Iesa. 31, 5. id est, Summa celeritate Dominus Ierusalem erit præsidio.

## A V R I S.

Ad auditum auris audiui te, Iob 42, 5. pro, Accepisti de te, ac tuis operibus.

Ad auditum auris congregabunt se mihi, Psal. 18, 45. pro, Ad Ioram famam nominis mei.

Aures suas aggrauauerunt ne audirent, Zachar. 7, 11. pro, Simulauerunt surditatem.

Aures fodisti mihi, Psal. 40, 7. id est, Aures excavatas dedisti mihi ut apertius audirem.

In auribus meis sunt: dicit Dominus exercituum, Iesa. 5, 9. pro, Audio quæ etiam clam dicitis.

Inclinabo ad patabolam aures meas, Psal. 49, 5. pro, Ego hic differam de rebus magnis, quibus ipse etiam aures præbebo.

Legit in auribus populi, Exod. 24, 7. pro, Audiente populo, & sic de similibus. Qui obthurat aurem suam ne audiat sanguinem, Iesa. 33, 15. id est, Qui non vult audire eos qui loquuntur de patranda cæde.

Reuelabo aurem tuam, Ruth 4, 4. id est, Admonebo te, indicabo.

## A V R O R A.

In aurora succidendo succisus est rex Israel, Osee 10, 15. hoc est, Initio regni Osee filii Ela.

## A V X I L I V M.

Cum viderem in porta auxilium meum, Iob 31, 21. id est, Quum in promptu homines præstò auxiliaturos mihi aspicerem.

## B.

## B A C U L V S.

In baculo meo trâsiu Iarden hunc, Genes. 32, 10. id est, Solus & incomitatus cum solo scipione.

Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, Psal. 23, 4. Virga & baculus pastoris curam & studium significant. q.d. Studium tuum erga me, solatio mihi est.

Dum confregero vobis baculum panis, Leuit. 26, 26. pro, Vbi panis auxilio vos priuauero, cui tanquam scipioni innitimi, & quo confortantur vires.

Contrivit Dominus baculum impiorum, Iesa. 14, 5. id est, Imperium.

In ore stulti est baculus superbie, Proverb. 14, 3. id est, Lingua loquens superba. vel, Ob verba superba quæ loquitur stultus cædetur magnis plagis.

## B A L T H E V S.

Dedit sanguines belli in baltheo qui erat in lumbis suis, I Reg. 2, 5. pro, Ense quo facta fuit ea cædes in bello, accinxit se de industria.

## B E A T I F I C O.

Et erunt beatificantes populum istum, errare facientes, Iesa. 9, 16. pro, Qui beatum dicunt populum istum, seducunt eum.

## B E N E D I C O.

Benedixerunt Domino, & populo eius

Israeli, 2 Par. 31, 8. pro, Gratiæ egerrunt Domino, & omnia felicia populo precati sunt.

Benedicere sacrificio, 1 Sam. 9, 13. id est, Hostię pacificæ nomine gratias agere. Misit Tohi Ioram filium suum ad regem David ut salutaret eum pacifice, & benediceret ei, 2 Sam. 8, 10. pro, Ut congratularetur ei. vel, Ut congratulatus, ei offerret amplissimam munera.

Benedixit Dominus Obed-Edom, & universæ domui eius, 2 Sam. 6, 11. id est, Eo tempore, ut omnia prosperè cederent illis, effecit Dominus.

Benedicere sibi in corde suo, 29, 19. pro, Beatum seipsum dicere & prædicare.

Benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi cubantis subitus, Gen. 49, 25. id est, Habitare faciet in terra fertili ob frequētes pluvias & tores & agros irriguos. Item ibidem. Benedictionibus vberum & vulnæ. pro, Felicem te faciet gregum & liberorum copia.

Anima quæ benedicit, impinguabitur, Prou. 11, 25. id est, Anima benefica auctior reddetur.

Pones eum benedictiones in sæculum, Psal. 21, 7. id est, In eum locum constitues ipsum, ut omni genere bonorum perpetuò affluat.

Benedictio perituri super me veniebat, Iob 29, 13. pro, Commendabar ab ijs qui periissent, nisi succurrisset.

Cape, quæso, meam benedictionem, Gen. 33, 11. id est, Munus meum.

B E N E F A C I O.

Beneficiat Deus nomini Selomoh magis quam nomini tuo, 1 Reg. 1, 47. pro, Illustrorem tua reddat famam Salomonis.

B E N E P L A C I T V M.

Et erit supra frontem eius iugiter ad beneplacitum eis coram Domino, Exod. 28, 38. id est, Ut conciliet ei gratiam & fauorem Dei. vel, Ut illos gratos reddat cum muneribus suis.

Holocautomata vestra non sunt ad beneplacitum, Iere. 6, 20. id est, Non sunt mihi grata.

B I B O.

Bibens sicut aquam iniuriam, Iob 15, 16. pro, Plenus malignitate, & à pueri propensus ad mala.

Ecce quorum non erat iudicium ut biberent calicem, bibendo bibent, Ier. 49, 12. id est, Affligerunt calamitate afficientur.

B I S.

Semel locutus est Deus, bis hoc audiui, Psal. 62, 12. pro, Bis, id est, Sapientia legi in Scripturis sacris quod semel dixit.

B O N V M.

Scribete Iudæis sicut bonum est in oculis vestris. Esther 8, 8. id est, Prout vobis placet.

Cui ego labore, & deficere facio animam meam à bono? Eccl. 4, 8. pro, defraudo animam meam bonis?

Si bonas faciendo bonas feceritis vias vestras, Ierem. 7, 5. id est, Si corrigendo correxeritis.

Iucundos corde super bono quod fecit

Dominus Dauidi, 2 Par. 7, 10. id est, Propter beneficia quæ cötulerat Dominus Dauidi.

Si fueris in bono populo huic, 2 Par. 10, 7. id est, Si comem populo te præstiteris.

Quia bonum est ei tecum, Deut. 15, 16. id est, Quoniam gratum illi est habere tecum.

Vide bonum, Eccl. 2, 1. id est, Fruere bonis.

In die bono esto in bono, Eccl. 7, 15. pro, Tempore læto esto lætus.

Mulier bona intellec̄tu, 1 Sam. 25, 3. pro, Sapiens, prudens.

Omne bonum domini sui erat in manu eius, Gen. 24, 10. pro, Pretiosa & optima quæque.

## B R A C H I V M.

Vnusquisque carnem brachij sui comedet. pro, Priuabit opibus fratrem & proximum suum.

Non obtinebit fortitudinem brachij, Dan. 11, 6. id est, Non diu valebit auctoritate.

Brachia inundatione inundabuntur à facie eius, Dan. 11, 22. id est, Magni exercitus vel potentes duces, opponent se illi, sed nihil proficiunt.

## B V T Y R V M.

Quando lauabam vias meas butyro, Iob 29, 6. id est, Dum ingens copia bonorum erat mihi.

## C.

## C A D O.

Cadere feci deprecationem meam coram rege, Ierem. 38, 26. pro, Obnoxie ptecatus sum regem.

Neque cadere fecit ex omnibus verbis eius in terram, 1 Sam. 3, 19. pro, Deus non permisit, ut nullum verbum Samuelis irritum esset.

## C ē L V M.

Dare aliquid sicut dies cœlorum super terram, Deut. 11, 21. id est, Quandiu cœlum terræ imminet, hoc est, perpetuò.

Exaudiam cœlos, & ipsi exaudient terram, Osee 2, 21. id est, Tamquam id petat cœlum, permittam vt fundat pluviā super terram, quæ etiam ab eo humorem expedit.

Similitudinē omnis avis alata quæ volat in cœlis, Deut. 4, 17. id est, Per aera.

## C A L A M V S.

Disperde congregationem calami, Psal. 68, 31. id est, Gentem armatam longis fustibus instar arundinis, lancearios.

## C A L C E A M E N T V M.

Dedit sanguines belli in calceamento suo, 1 Reg. 2, 5. pro, Occidit eos in ipso loco, ita vt corruerent ad pedes eius.

## C A L C A T I O.

Non dabo vobis de terra eorum usque ad calcationem plantæ pedis, Deut. 2, 5. pro, Ne tantillum quidem quantum planta pedis occupat..

## C A L I X.

Dabo calicem sororis tuæ in manu tua, Ezech. 23, 31. id est, Eodem supplicio afficiam te quo affeci sororem tuam.

Ecce ego pono Ierusalaim calicem ebrietatis omnibus populis per circuitum,

tum, Zach. 12, 2. q. d. Malè perituri sunt qui fideles meos affligerent.

## C A L X .

Erunt populi ut incendia calcis, Esa. 33, 12. pro, Similes lapidibus qui ut vertantur in calcem, excoquuntur in for-

## C A N I S . (nace.)

Quid est seruus tuus canis, ut faciat rem magnam hanc? 2 Reg. 8, 13. pro, Non pluris faciendus quam canis.

## C A N I T I E S .

Descendere facietis canitiem meam cum dolore ad sepulchrum, Gen. 42, 38. pro, Mori me cogetis.

## C A N T I C U M .

Vt audire facerent instrumentis cantici Dei, 1 Par. 16, 42. id est, Concetum facerent instrumentis quibus canticum diuina personabant.

Nunc canticum eorum sum, Iob 30, 9. pro, De me nunc ridiculè cantitant. Et nocte canticum eius mecum, Psal. 42, 9 pro, Noctu de illo canam carmina.

## C A P T O .

Vt capiam domum Israel in corde suo, Ezech. 14, 5. id est, Vt reuelem cogitationes ipsorum.

Duxisti captiuam captiuitatem, Psal. 68, 19. id est, Captiuos hostes cepisti qui grassati fuerant in populum tuum.

## C A P T U R .

Condemnabis caput meum regi, Dan. 1, 10. id est, efficietis ut rex curet caput meum tollendum.

Ecce viam tuam in caput dedi, Ezech. 16, 43. id est, Puniri te pro ratione scelerum tuorum.

Ad omne caput viæ ædificasti excelsum tuum, Ezech. 16, 25. id est, In initio viarum. q. d. in omnibus triuijs aut quadriuijs & compitis.

Non erit Ægypto opus quod fecerit caput & cauda, Iesa. 19, 15. pro, Neque magnates neque plebeij agent quicquam quod sit illis vtile.

Et Iehosaphat in capite eorum, 2 Par. 20, 27. id est, Primas tenebat inter eos.

Puella, duæ puellæ capiti viri, Iud. 5, 30. pro, Singulis viris dabuntur una aut duæ puellæ.

Eleuabit Parhoh caput tuum, Gen. 40, 13. id est, Meminerit tui & restituer te in priorem statu.

Egressus est vastator è castris cum tribus capitibus, 1 Sam. 13, 17. id est, Tribus agminibus vel turmis.

## C A R B V N C V L U S .

Ecce ego colloco in carbunculo lapides tuos, Iesa. 54, 11. pro, Faciam ut lapides fundameti tui sint lapides carbunculi.

## C A R O .

Consumetur caro eius à visu, Iob 33, 21. pro, Desinet caro eius videri, id est, Reddetur macilentus.

Præter Deos quorum habitatio cum carne non est, Dan. 2, 11. i. Cum hominibus.

Omnis caro rotarum & dorsa earum plena erant oculis, Ezech. 10, 12. q. d. totum corpus.

## C A S T I G A T I O .

Castigatio pro pace nostra super eum, Iesa. 53, 5. pro, Fuit castigatus ut habemus pacem.

## C A V S A .

Causa viduæ non ingredietur ad eos, Iesa. 1, 23. pro, Non admittunt viduas ad ius persequendum.

## C E R V A .

Ponens pedes meos sicut ceruarum, Psal. 18, 34. pro, Pedibus meis dat celeritatem ceruarum.

## C E R V I X .

Ceruicem & non faciem ostendam eis, Ierem. 18, 17. i. Obuertam illis dorsum & non faciem quod minus eos liberem.

Manus tua erit in ceruice inimicorum tuorum, Gen. 49, 8. pro, Vertes inimicos in fugam, & expugnabis eos.

## C E S S O .

Cessare facite à facie nostra sanctum Israëlis, Iesa. 30, 11. Nolite posthac nobis verba facere de sancto Israëlis.

## C H A R I T A S .

Recordatus sum charitatis desponsationis tuæ, Ierem. 2, 2. id est, Amoris quo te prosequabar quum te accepi veluti in uxorem.

## C I N G V L V M .

Congregauerunt se ab omni accincto cingulo, 2 Reg. 3, 21. id est, Ab ea ætate in qua primū gestare solent ensim.

## C I S T E R N A .

Ascendere fecit me è cisterna sonitus, Psal. 40, 3. id est, In quam aquæ decidentes magno cum impetu maximū edebant strepitum.

## C L A M O .

Clamare pacem ad ciuitatem, Deut. 20, 10. id est, Sublata voce compellare & inuitare eam verbis pacificis ad dedicationem.

Si aduersum me terra mea clamet, Iob 31, 38. id est, Si non iure possideo terram quam habeo.

Sicut vnguentum quod est in dextera sua clamabit, Prou. 27, 16. i. Sicut aroma odore suo, velut edito clamore, se proderet.

## C L A V D O .

Et hi sunt qui venerunt ad Dauid in Silclagh adhuc clausum à facie Saul, 1 Par. 12, 1. pro, Continentem se in Silclagh, tamquam clausum, metu Saulis.

Clausit orationem meam, Thren. 3, 8. pro, Clausit aures ad orationem meam, id est, Noluit exaudire.

## C L Y P E V S .

Clypeus si cōspectus est, & lancea in xl. millibus in Israël, Iud. 5, 8. q. d. Disperream si inter quadraginta hominum millia quispiam illorum ausus fuisset assumere arma.

Dispositi a l clypeū & lanceā, 1 Par. 12, 8. pro, In acie vtentes clypeis & lanceis.

## C O G I T O .

Et cogitabit cogitationes, ut non expellat à se expulsum, 2 Sam. 14, 14. pro, Sanxit legem quod expulsum & exulet non repellat à se.

Contra munitiones cogitabit cogitationibus suis, Dan. 11, 24. id est, Statuet breui se inuasurum loca munita, vel machinabitur technas & stratagemata.

Ad cogitandum omnem cogitationem, quæ dabitur ei, 2 Par. 2, 14. id est, Ad ingeniosè excogitandum omnis ge-

nieris opus ingeniosum & industrium quod proponetur ei.

Non fecisti cogitationem super omnibus abominationibus tuis, Ezech. 16, 43. id est, Non recognoscisti qua ratione resipisceres.

## C O G N O S C O .

Et Semuel antequam cognosceret Dominum, 1 Sam. 3, 7. id est, Nondū erat assuetus audire Dominum vocatorem.

## C O L L E C T A .

Fecerunt in die octauo collectam, Nchem. 8, 18. sup. populi, id est, Concionem, hoc est, Festiuitatem celebrimam.

## C O L L V M .

Ne loquamini in collo pingui, Psal. 75, 6. id est, Cum fastu & superbè.

## C O M B V R O .

Agite laterifcemus lateres, & comburamus ad combustionem, Gen. 11, 3. pro, Igni coquamus.

## C O M E D O .

Et Mephiboseth comedet super mensam meam veluti unus de filiis regis, 2 Sam. 9, 11. id est, Vescetur regio apparatus ut solent filii regum.

Nunquid comedendo comedimus aliquid ex rege? 2 Sam. 19, 42. pro, Num cibos à rege propterea accepimus, ut illum reduceremus?

## C O M M O T I O .

Dabo eos in commotionem, in malum omnibus regnis, Ierem. 24, 9. pro, Omnes reges externarum regionum concutientur metu cum audierint quæ illis acciderint.

## C O M P L A C E O .

Et erit si non complacueris in ea, Deut. 21, 14. pro, Si non ames illam.

Electus meus complacuit animæ meæ, Iesa. 42, 1. pro, Est mihi gratissimus & charissimus: siue, eum vnicè & ex ani-

## C O M P L E O . (mo diligo).

Vidit quod completum esset in se malum à rege, Esther. 7, 7. pro, Animaduertit certò regem statuisse eum perdere.

## C O N C V P I S C I B I L E .

Omne cōcupiscibile oculorum tuorum ponent in manibus suis, 1 Reg. 20, 7. pro, Quicquid est tibi gratum & charum, arripientes auferent.

## C O N F I T E O R .

Matthaniah filius Micha filij Zabdi filij Asaph princeps principalis confitebatur in oratione, Nchem. 11, 17. id est, Musicorum princeps & præcentor laudare solebat Dominum tempore orationis publicæ.

## C O N F O R T O .

Cōfortauerunt manus malorum, Ierem. 23, 14. id est, Fauent facinosis.

## C O N G R E G O .

Diues dormiet, & non congregabitur, Iob 27, 19. pro, Non deferetur ad se pulchrum.

## C O N S E C R O .

Et dixit Moses: Consecratis manum vestram hodie Domino, Exod. 32, 29. pro, Reputatur vobis occisio filiorum & fratrum, perinde ac si obtulisset manus vestras Deo. vel diuinę iustitiae executores & ministros vos prebueris.

B C O N



## C O N S O L O R .

Heu consolabor de hostibus meis, Esa. 1,24. pro, O gentem miseram: ego sumam pœnas de vobis hostibus meis, & ita summa afficiar consolatione.

## C O N S P E C T U S .

Non excidetur vir de Ionadab filio Rechab stans in conspectu meo, Ierem. 35, 19. pro, Posteros Ionadab fauore sum prosecuturus quamdiu vixerint, quos amamus, non sinimus à conspectu nostro abesse.

## C O N S V E T U D O .

Desierat esse ipsi Sarah cōsuetudo vt mulierum, Gen. 18, 11. pro, Cessauerant menstrua Saræ.

## C O N S V M M A T I O .

Videbo, an secundum clamorem eius qui venit ad me, fecerint consummationem, Gen. 18, 21. pro, Perfecerint.

## C O N T E S T O R .

Contestando contestatus est in nos vir dicendo, Gen. 43, 3. pro, Denuntiauit nobis, adhibito iuramento.

## C O N V E R T O .

Lex Dñi perfecta conuertens animam, Psal. 19, 8. pro, Restituens, id est, Hilatitatem animo pariens.

## C O R .

Dedit Deus Selomoh latitudinem cordis secundum arenam quæ est iuxta littus maris, 1 Reg. 4, 29. pro, Mentre multarum rerum capacem quemadmodum arena longè lateque occupat in littore maris.

Nam Leuitæ erant recti corde vt sanctificarent se præ sacerdotibus, 2 Par. 29, 34. pro, Erant sacerdotibus alacriores & proniores.

Nuquid est cor tuum rectum quemadmodum cor meum cum corde tuo? 2 Reg. 10, 15. pro, Nunquid diligis me ex animo, sicut ego diligo te ex animo? Ad disponendum in nō corde & corde, 1 Par. 12, 33. pro, Non dupli corde, sed candido & puro.

Si pacificè venistis ad me, vt auxiliemini mihi, sit mihi super vos cor pariter, 1 Par. 12, 17. pro, Volo vobiscum esse eiusdem animi & voluntatis.

Et pro asinibus pereuntibus tibi tertio ab hinc die ne ponas cor tuū, 1 Sam. 10, 20. pro, Ne sis sollicitus de asinis quas velut perditas requiris.

Et cogitauit cor meum in me, & increpauit optimates, Nchem. 5, 7. pro, Capto apud memetipsum consilio contendi cum optimatibus.

Et furabatur Absalom cor virorum Israël, 2 Sam. 15, 6. pro, His dolis & artibus inibat gratiam à populo Israël.

Et dilexit puellam, & locutus est ad cor puellæ, Gen. 35, 3. pro, Locutus est cū ea grata & placentia.

Et percussit cor David eum, 2 Sam. 24, 10. i. Cōfestim cœpit angi ob factum.

Cor eius cum bestijs positum est, Dan. 5, 21. id est, Fecit Deus vt ille cuperet vespaci cum bestijs: hoc est, Priuatus est mente, & intellectu.

Quis est hic, & qualis est hic qui repletuit cor suum vt faceret sic: Esther. 7, 5. pro, Qui sibi p̄suasit vt venderet vos?

## C O R A M .

Nonne omnis terra est coram te, Gen. 13, 9. pro, Licet tibi eam terræ partem eligere quam voles.

Quādo veniam & videbor coram Deo, Psal. 42, 3. pro, In tēplo corā arca Dei. Thronus David sit stabilis coram Dño, 1 Reg. 2, 45. pro, Fauente & aspirante Domino.

Beati serui tui, ij, qui stant corā te semper, 1 Reg. 10, 8. pro, Qui adstant tibi, & assidui sunt apud te, familiares, domestici.

Benedicam tibi coram Dōmino antequam moriar, Gen. 27, 7. Dominus inspectante. vel, Ut omnia felicia imprecer tibi dari à Dōeo.

## C O R N V .

Omnis isti filij Heman videntis regis in verbis Dei ad exaltandum cornu, 1 Par. 25, 5. id est, Ad exaltandam dignitatem & potentiam regiam.

## C O R O N A .

Quoniam descendit corona gloriae vestra, Ierem. 13, 18. pro, Magnificentia, regiaq; vestra dignitas.

## C O R P V S .

Si cum corpore suo ingressus fuerit, cum corpore suo egredietur, Exod. 21, 3. id est, Si solus sine vxore venerit in domum tuam, sine vxore exibit.

## C O R T I N A .

Mouerunt se cortinæ terræ Midiam, Chabach. 3, 7. id est, Tabernacula quæ siebant ex pellibus.

## C V M .

Quia cum Deo fecit die hac, 1 Sam. 14, 45. pro, Adiutus à Deo, vel fretus ope Dei, fecit hanc magnam salutem.

Non dormies cum pignore eius, Deut. 24, 12. pro, Non dormies quin prius reddideris pignus eius.

## C V R R O .

Et currere fecerunt ad vniuersos filios populi, 2 Par. 35, 13. id est, Perrexerunt cum celeritate.

Æthiopia currete faciet man' suas Deo Psal. 68, 32. pro, Celeriter & promptè offeret munera Deo, testando obedientiam suam.

## C V R R V S .

Pater mi, pater mi, currus Israël, & equites eius, 2 Reg. 2, 12. id est, Qui plus iuuabat Israëlem oratione, quām currus falcati & equites.

## C V S T O D I O .

Dominum dereliquerunt vt custodiret, Hos. 4, 10. pro, Desierunt custodire vias Domini.

## C V S T O D I A .

Custodia filiorum Gherson in tabernaculo Ecclesiæ erit, Num. 3, 25. pro, Munus eorum erit custodire tabernaculum.

Seruasti custodiām præcepti Dñi Dei vestri, Ios. 3. pro, Præceptum Domini quod vobis erat obseruandum conferuasti.

Ipsa nox est Domino, custodia omnibus filiis Israël in generationes suas, Exod. 12, 42. pro, Nox in qua custodiiuit Dominus Israëlitæ ne lœdetentur à vastatore. vel, Nox quam obseruare de-

bebāt Israëlitæ in honorem Domini.

Custodia contra custodiam, Nchem. 12

24. pro, Vicissim, siue per vices.

## D.

## D E C L I N O .

Ne declines à lege ad dexteram & ad sinistram, Ios. 1, 7. pro, Neque addendo neque detrahendo legi.

Quia Ioab declinauerat post Adonijah, 1 Reg. 2, 28. pro, Secutus fuerat partes Adoniae.

## D E C O R .

Et egressus est à filia Syon omnis decor eius, Thren. 1, 6. pro, Regnum à Ierusalem ad Chaldæos translatum est.

## D E C R E T V M .

Antequam pariat decretum diei in quo eritis vt gluma, Sophon. 2, 2. id est, Antequam Dominus sententia sua efficiat, vt veniat dies in quo pereatis.

## D E L I C I A .

Decalua teipsam & tonde temetipsam super filios deliciarum tuarum, Mich. 1, 16. q. d. Habebis iustum causam lugendi calamitatem quæ imminet ciuibus tuis delicatis & charissimis.

## D E L I C T V M .

Si non fuerit viro propinquus vt restituat delictum ei, delictum restituitur Domino, Num. 5, 8. pro, Damnum illatum.

## D E P R E C O R .

Filia Tyri cum munere, vultum tuum deprecabuntur diuites populi, Psal. 45, 13. id est, Tyrij alienigenæ allatis muneribus cupient tecum inire amicitiam.

## D E S C E N D O .

Descendit Dominus vt videret ciuitatem & turrim, Gen. 11, 5. pro, Reipsa patetfecit, sibi non esse ignotum quid Babylonij tentarent.

Et descendant equi, & ascensores eorum vnuquisque gladio fratris sui, Chagg. 3, 23. sup. in sepulchrum vel in terram, id est, Concedunt & occidentur.

## D E S I D E R O .

Desiderauit anima David regis egredi propter Absalom, 2 Sam. 13, 19. id est, Rex cœpit teneri maximo desiderio Absalonis absensis, ac subinde suspirabat quum meminerat filii.

Et desiderium Selomoh, quod desiderauit ædificare in Ierusalaim, 1 Reg. 9, 19. pro, Omnia ædificia quæ optauerat ædificare: vel, quicquid habebat in votis ædificare.

Totus ipse desideria, Cant. 5, 16. pro, Quantus quantus est, res sunt desiderabiles, siue totus est desiderabilis.

Et cui omne desiderabile Israël, nonne tibi? 1 Sam. 9, 20. pro, Ad quem spectant optima quæque, certè ad te: quoniam futurus es rex Israelis.

Polluo sanctuarium meum desiderabile oculorum vestrorum, Ezech. 24, 21. id est, Quod lubentissime aspicitis, tanquam rem vobis gratissimam.

## D E S V P E R .

Si negauit Deum desuper, Job 31, 28. id est, Qui habitat in excelsis.

## D E V S .

Ascendit Mose ad Deum, Exod. 19, 3. pro, Ad

pro, Ad montem in quo Deus se manifestauit, & legem dedit.  
Princeps Dei es in medio nostri, Gen. 23,  
6. id est, Te habemus pro præstanti  
& excellenti principe. Dei nomine  
vocant Hebræi quicquid excellit.

## D E X T E R A.

Cor sapientis ad dexteram eius, Eccl. 10,  
2. id est, Præparatum habet cor ad o-  
mnia recta, vt dextera apta est rebus  
bene gerendis.

Qui nesciunt inter dexteram suam &  
sinistram suam, Iona 4, 11. id est, Qui  
nesciunt differentiam: vult dicere,  
Qui non creuerunt ad annos discre-  
tionis.

Redire fecit retrosum dexteram suam  
à facie inimici, Thren. 2, 3. pro, Neg-  
auit & subduxit ab eis auxilium suum,  
quum ventum esset ad hostes.

## D I C O.

Non dixerunt vt ascenderent ad eos,  
Ios. 22, 33. pro, Nequaquam cogita-  
uerunt vtrā ascendere.

Et ego dixi, Reuelabo aurem tuam, Ruth  
4, 4. pro, Statui apud me huius te ad-  
monere: siue id tibi indicare.

Dictum præuaricationis impio est: In  
medio cordis mei, Psal. 36. pro, Sic  
cogito apud me, nempe præuaricatio-  
nem suggerere & dictare impio, nihil  
esse timendum.

## D I E S.

Nunc ponite quæso cor vestrum à die  
hac & supra, ante quam, &c. Chag. 2,  
16. id est, Cogitate diligenter quæ an-  
tehac vobis acciderunt, & quæ post-  
hac accident.

Vt darem eis terram fluentem lacte &  
melle, secundum diem hanc, Ierem.  
11, 5. id est, Qualis adhuc hodie est, si-  
ue qualem videtis hodie.

Recordare diei Ierusalaim, Psal. 137, 7.  
Diei in quo vastabatur Ierusalem.

Defectionem facientes fuerunt in me-  
dio eius à diebus sæculi, Ezr. 4, 15. pro,  
Ab omni æuo.

Et fuit in fine dierum, adduxit Cain &c.  
Gen. 4, 3. id est, Post aliquot annos.

Dies loquentur, & multitudo annorum  
scire faciet sapientiam, Iob 32, 7. pro,  
Senes differunt de re proposita, & pro-  
uecti ætate notam reddent sapientiam.  
Ecce dies Domini venit crudelis, Iesa.  
13, 9. pro, In qua ostendet se maximè  
iratum esse.

## D I V I D I C O.

Stetit Pinechas & diiudicauit, Psal. 106,  
30. id est, præbuit se vindicem, nō ex-  
spectata iudicium sententia.

## D I L A T O.

Viam mædatorum tuorum curram, cùm  
dilataueris cor meum, Psal. 119, 32. id  
est, Vbi voluntatem dederis vt aperto  
corde studeam me tibi in obsequium  
tradere.

## D I L E C T I O.

Dedi dilectionem animæ meæ in manu  
inimicorum eius, Ierem. 12, 7. i. Vrbem  
cum templo atque vniuerso populo,  
quem vnicè & ex animo diligebam..

## D I M I N V O.

Pauper non diminuet de dimidio siclo,

Exod. 30, 15. Pro, Non minus dabit  
quædam dimidium siclum.

## D I S C O O P E R I O.

Maledictus qui discooperuerit oram pa-  
tris sui, Deut. 27, 20. pro, Qui rem  
habuerit cum nouerca.

## D I V I D O

Quamvis diuiserit Achaz domum Do-  
mini, & domum regis & principum,  
2 Par. 28, 20. pro, Tulerit maiorem  
partem, ut partem pecuniae quæ erat  
in domo Domini.

Statuit Iechizchiahu diuisiones sacer-  
dotum & Leuitarum in diuisionibus  
suis, 2 Par. 31, 2. pro, Ordines, classes.

## D o.

Dabo te in cœtum populorum, Gen. 48,  
4. id est, Faciam vt relinquis quam-  
plurimos nepotes in terra.

Inimicorum meorum dedisti ceruicem,  
Psal. 18, 41. pro, Vertisti eos in fugam.

Vir cùm dederit maculam in proximū  
suum, Leuit. 24, 19. pro, Læserit, fre-  
gerit brachium.

Dedit nos tamquam exploratores terre,  
Gen. 42, 30. id est, Habuit siue reputa-  
uit tamquam exploratores.

Dedi tibi annos iniquitatis eorum secū-  
dum numerum dierum, Ezech. 4, 5.  
pro, Veri tibi annos quibus illi pec-  
cauerunt, in dies. i. tot diebus decum-  
bes, quot annis illi peccauerunt.

Quis det de carne eius vt comedamus,  
Iob 31, 31. pro, Vtinam licet nobis  
vesci carne eius.

## D O C E O.

Docuit eum Dominus lignum, Exod.  
15, 25. pro, Ostendit illi, vel mostravit.

## D O M I N O R.

Dominabitur de Iahacob, Num. 24, 19.  
pro, Orietur de Iahacob qui terum  
potietur.

## D O M V S.

Ædificabo tibi domum firmam, 1 Reg.  
11, 38. pro, Familiam superstitem quæ  
longo tépore permaneat. hoc est, Ne-  
potes qui sufficientur in locum tuum  
succedentq; tibi in regno.

Deus facit habitare vnicos in domo,  
Psal. 68, 7. pro, Efficit vt qui liberis ca-  
rebant, habeant amplam familiam.  
Interior eorum domus eorum in sæcu-  
lum, Psal. 49, 12. pro, In animo cogi-  
tant quod mansuri sint perpetuò in  
domibus suis.

## D O R M I O.

Si dormieritis inter tripodes, eritis sicut  
pennæ columbæ quæ tecta est argen-  
to, Psal. 68, 14. pro, Etiam si jacueritis  
iter vasa plena fuliginis, hoc est, etiás  
oppressi fueritis magna calamitate, e-  
ritis cædidi veluti teeti pennis colum-  
bæ quæ ob candorem videtur operta  
argento, hoc est, læti & candidi redi-  
dimi ob liberationem.

Et erit cùm dormierit dominus meus  
rex, 1 Reg. 1, 21. id est, Cùm vita fun-  
ctus fuerit.

## D U L C E S C O.

Qui simul dulcescere faciebamus secre-  
tum, Psal. 55, 15. id est, Cum summa  
animi voluptate de rebus nostris con-  
siliis inibamus.

## D U R V S.

Si non fleui super habentem durum  
diem, Iob 30, 25. id est, Infelicem ho-  
minem. q. d. grauatum crumni huius  
calamitosæ vitæ.

Et durius fuit verbum viri Iehudah ver-  
bo viri Israel, 2 Sem. 19, 43. pro, Arro-  
gantius & insolentius loquuti sunt vi-  
ri tribus Iudæ, quædam cæteri qui erant  
ex alijs tribubus.

## E.

## E B R I A.

Et benedixerit sibi in corde suo, vt ad-  
dat ebriam cum siente, Deut. 29, 19.  
id est, Ita adulationibus conetur sopi-  
re synæsim & sibi imponere, vt ma-  
lum putet ludicru esse. veluti si quis  
vehementi siti accensus se inebria-  
ret vino ne amplius tangeretur sen-  
su: quū potius sitim illam restingu-  
re sobrietate & abstinentia deberet.

## E D V C O.

Tum heri, tum nudius tertius cùm esset  
Saul rex super nos, educebas & intro-  
ducebas Israël, 2 Sem. 5, 2. pro, Impe-  
ratorem agebas, educebas ad bellum,  
& reducebas à bello parta victoria.

## E F F V N D O.

Sed effudi animam meam coram Do-  
mino, 1 Sam. 1, 15. pro, Deprompsi  
quicquid habebam in animo.

## E G R E D I O R.

Præficiat Dominus Deus virum super  
congregationem, qui egrediatur ante  
eos, & ingrediatur ante eos, Num. 27,  
17. pro, Qui educat eos ad bellum &  
reducat.

Ego sum puer parvus, nec scio egredi, &  
ingredi, 1 Reg. 3, 7. pro, Nescio quo-  
modo me debeam gerere in admini-  
stratione tanti regni.

Et omne quod egrediebatur super do-  
mum ad muniendum, 2 Reg. 12, 12.  
pro, Omnia quæ insumebantur in do-  
mum ad eam reficiendam.

Et egredietur verbum reginæ ad omnes  
mulieres, Esther. 1, 17. pro, Diuulgabit  
tur facinus reginæ, peruenietq; ad au-  
res aliarum mulierum.

Quod egreditur è labijs tuis, custodies,  
Deut. 23, 23. pro, Quod semel polli-  
citus fueris, præstabis.

## E L E V O.

Nūquid eleuabis ad nubem vocé tuam,  
vt multitudo aquarum operiat te?  
Iob 38, 34. pro, Nunquid imperio tuo  
descendet ad te pluia?

## E L O Q V I V M.

Relinquam aduersum me eloquium  
meum, Iob 10, 1. pro, Laxis ori meo  
habenis, pleno ore conquerar.

## E o.

Ibat manus filiorum Israël eundo, &  
dura erat contra Iabin, Iud. 4, 24. pro,  
Vsque adeo cœperunt augescere vi-  
res filiorum Israël.

## E Q V I T O.

Equitare fecisti hominem super caput  
nostrum, Psal. 66, 12. pro, Fecisti vt  
homo potiretur imperio supra nos,  
& insultaret nobis vt tyrannus.

## E R V O.

Rixati sunt ambo ipsi in agro, & non

erat qui erueret eos : 2 Sem. 14,6.pro,  
Qui litem inter eos ortam cōponeret.

## E V A C V O.

Evacuauerunt eos euacuantes, Nach.2,  
3.pro, Spoliauerūt & priuarunt suis bo-  
nis.

## E V A S I O.

Et ecce remanebit in ea euasio , Ezech.  
14,22.pro, Attamen remanebunt ex ea  
aliquot qui euadent.

## E V A G I N O.

Tulit secum septingentos viros euagi-  
nantes gladium, 2 Reg.3,26. pro, Ma-  
gnanimos & bellicosos.

## E X A L T A T I O.

Exaltationes Dei in gutture eorū , Psal.  
149, 6. q. d. De magnificis factis Dei  
semper loquuntur, pleno gutture can-  
tant laudes Dei.

## E X C E L S V S.

Ambulat super excelsa maris, Job 9, 8.  
pro, Super altos fluētus marinos, vel  
excelsa maris: cælū & aërem intelligit.  
Excelsiores stulto sunt sapientiæ , Prou.  
24,7.pro, Iuxta sententiā stulti, sapien-  
tia est in loco edito ad quem pertinge-  
re non potest. q.d. desperat se posse af-  
sequi sapientiam.

## E X I T V S.

Venit vt sciret exitum tuum & introitū  
tuum, 2 Sam.3, 25. pro, Ut exploraret  
quomodo te geras.

## E X S P E C T O.

Elihu exspectauit ipsum Job in verbis,  
Job 32,4.pro, Sustinuit loquentem.q.d.  
Hactenus tacuit, quod iunior esset.

## E X P V L S I O.

Si fuerit expulsio vestra in extremū cæ-  
li, Nechem.1,9. pro, Siqui à patria ve-  
stra expulsi fuerint in regionem remo-  
tissimā. E X V L T A T I O.

Ad Deū lætitiae exultationis meæ , Psal.  
43,4.i. Ad Deū auctorem summæ meæ  
lætitiae. F.

## F A C I E S.

Non surrexit propheta ultra in Israel si-  
cūt Moseh quem nosset Dominus fa-  
cie ad faciem, Deut.34,10.pro, Qui sic  
familiariter conuersaretur & loquere-  
tur cum Domino, qui talem consuetu-  
dinem haberet cum Deo.

Derelinquetur terra quam tu detestaris  
à facie duorum regum, Iesa.7,16. pro,  
A qua tu abhorres proptet duos reges  
suos.

Vt verterem faciem verbi , fecit seruus  
tuus Ioab, 2 Sam.14, 20. pro, Vt ibi  
proponerem sermonem figuratum.

Nunquid faciem eius accipietis, Job 13,  
8. pro, An debetis habere respectum  
personæ eius?

Et orauerint & exquisierint faciem meā  
2 Par.7,14. pro, Implorauerint opem  
meam.

Et super me posuerunt omnis Isræl fa-  
cies suas vt regnarem, 1 Reg.2, 15. pro,  
In me cōiecerant oculos, sperantes me  
regnaturum.

Multi quærunt faciem principis, Prou.  
29, 26. pro, Ambiunt familiaritatem  
principis.

Video faciem patris mei, quia non est  
erga me sicut heri , & nudius tertius,  
Gen.31,5.pro, Quod non tam hilari ac-

læto vultu me intuetur atque antea.  
Veni videamus nos facie , 2 Reg. 14, 8.  
pro, Descendamus in locū certaminis.

## F A C I O.

Ad populum congregatum è gentibus,  
facientem pecudes & opes, Ezech.38,  
12.pro, Qui parat sibi peculiū & opes.

## F A X.

Visitabo viros stantes in fēcibus suis, So-  
phon. 1, 12. id est , Qui instar rerum  
coagulatarum stant immobiles super  
fæces suas : hoc est, Qui magna tran-  
quillitate cōquiescunt in diuitijs suis.

## F E R R V M.

Ferrum ingressum est animā eius, Psal.  
105, 18. id est , In corpus. q.d. corpus  
eius vincitum fuit catenis.

## F I C V S.

Veluti primitua in fico, in cacumine ei⁹  
vidi patres vestros, Hos. 9, 10. i. Tam  
libenter vidi patres Israēlitarū , quām  
libenter videt homo primos fructus in  
ficus cacumine.

## F I D E S.

Dominus reddat vnicuique iustitiam  
suam & fidem suam , 1 Sam. 26, 23.  
pro, Rationem habeat quām quisq; vi-  
xerit iuste , & fidem seruauerit suam.

## F I G V L V S.

Subuersio vestra verè sicut lutum figuli  
reputabitur, Iesa. 29,16.pro, Evidem  
tam facile potest Deus mutare sortem  
vestram , quām potest figulus ex uno  
vase facere quod vult.

## F I L I V S.

Acquisiui seruos & ancillas , & filij do-  
mus erant mihi, Eccl.2,7. pro, Familia  
fuit mihi aut vernæ.

State in sanctuario secūdum diuisionem  
domus patrum fratrum vestrorum fi-  
liorum populi, 2 Par.35,5. Filios populi  
vocat plebem , vel plebeios aliarum  
tribuum præter tribum Leuitarum.

Et egressi sunt filii prophetarum, 2 Reg.  
2,3.id est , Discipuli.

Tritura mea & filii areæ meæ , Iesa. 21,  
10. id est , Frumentum vel palea quæ  
atteritur in area.

Istisunt duo filii olei, &c. Zachar.4,14.  
id est , Duo vñcti. q.d. Hæc significant  
duos summos magistratus , regem Ios-  
ue, & summū sacerdotem Zorobabel.

## F I N I S.

Finis omnis carnis venit ad conspectum  
meū, Gen. 6,13. pro, Decreui perdere.

Et non est finis thesauris eius, Iesa. 2,7.  
pro, Non possunt numero cōprehēdi.

Non finies angulum agri tui metendo,  
Leuit. 19, 9. pro, Non exacte metes  
terminos agri tui , sed illius in angulis  
relinques spicas pauperibus.

## F L A M M A.

Vox Domini succidens flamas ignis,  
Psal. 28,7. Vult dicere: vñà cum toni-  
tru emicat fulgetrum.

## F L A T V S.

Si poneret super eum cor suum ; spiri-  
tum eius, & flatum eius ad se congrega-  
ret, Job 34, 14. pro, Priuaret eū vita.

## F O E D V S.

Arcæ in qua est fœdus Domini, 1 Reg.8,  
21.id est , Tabulae in quibus erant præ-  
cepta & conditiones fœderis.

Fœdus pepigi cum oculis meis, Job 31,1.  
pro, Fuit magna cōcordia carni meæ  
cum spiritu meo.

## F O E T E O.

Turbastis me vt foetere faceretis me ha-  
bitatoribus terræ , Gen. 34, 30. pro,  
Adeo , vt apud terræ incolas , veluti  
rem putidam, abominabilem & odio-  
sum me reddideritis.

## F O R M I D O.

Et vocabunt super eos formidinem vn-  
dique, Ierem.49,30. id est , Homines  
terribiles & formidabiles milites qui  
illis vndique terrorem incutient.

## F O R N I C O R.

Et fornicari fecit habitatores Ierusalaim  
2 Par.21,11.pro, Fuit causa idolatriæ  
habitatoribus Ierusalem.

## F O R T I S.

Tantummodo esto mihi filius fortis , &  
præliare bella Domini , 1 Sam. 18,17.  
pro, Ea lege, vt sis dux & imperator  
mei exercitus.

Fortitudo mea , & principium roboris  
mei, Gen. 49,3.pro, Quem genui in  
robore meo.

A fortitudine sua pudore affecti sunt, E-  
zech.32,30.id est , Dum terrent mor-  
tales , interim puduit eos virium sua-  
rum : nam in medio conatu destituti  
sunt viribus.

## F R A C T V R A.

Sicut fractura aquarum lata venerunt  
aduersum me, Job 30,14. id est , Ma-  
gno impetu , vt ingens flumen ruptis  
aggeribus, inuadunt me.

## F R A T E R.

Perrexit Abimelech filius Ierubbahal in  
Sechem ad fratres matris suæ, Iud.9,  
1. pro, Ut alloqueretur omnes cognati-  
os suos ex parte matris suæ.

Quoniam apprehendet vir fratrem suū  
familia patris sui, Iesa.3,6. id est , De  
eadem familia . Fratré de eadem fa-  
milia , vocant Hebræi fratrem ger-  
manum , siue qui est eiusdem gentis  
& sanguinis.

## F V M O.

Vsquequo fumiabis in oratione populi  
tui? Psal.80,5. id est , Velut iratus, re-  
pudiabis orationem nostram ?

## F V N D A R E.

Ex ore paruolorum & lactentium fun-  
dasti fortitudinem, Psal. 8,3. pro, Sta-  
bilem esse declarasti gloriam fortitu-  
dinis tuæ , & eam confirmasti contra  
inimicos tuos.

## F V N E S.

Væ ijs qui trahunt iniquitatem in funi-  
bus mendacij, & veluti funibus plau-  
stri trahunt peccatum, Iesa. 5, 18. id  
est , Rationibus illicitis, prætextibus,  
siue illecebris addūt peccata peccatis.

Quia funem meum soluit , & affixit  
me, Job 30,11.pro, Vinculum timoris  
mei quo illi reuerebantur me, dissol-  
uit, siue abstulit ex animis illorum.

## F V R O R.

Quia in furore meo & in ira mea fuit  
mihi ciuitas hæc à die qua ædificaue-  
runt eam, Ierem.32,31.pro, Iratus sum  
vehementer isti vrbi.

Proiecit & reliquit Dominus genera-  
tionem

tionem furoris sui, Ierem. 7,29. id est, Contra quam indignatus est.

## FVRARI.

Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus, Qui furatur verba mea vnuſquisque ab amico suo, Ierem. 23, 30. id est, Qui vtuntur aliena prophetia, quam audierunt ab alijs, cui tamen affingunt sua somnia.

## G.

## GENERATIO.

Ista generationes cæli & terræ, Gen. 2,4. id est, Natales, aut ortus siue origines. vel, actiū, quæ generauerunt cælum & terram.

Intelligite annos generationis & generationis, Deut. 32,7. pro, Annos multarum generationum præteritarum, hoc est, Priscos.

Noach vir iustus, perfectus fuit in generationibus suis, Gen. 6,9. id est, Etate illa qua vixit, siue inter homines sui seculi.

## GERMEN.

Quia adduco seruum meum Germen, Zachar. 3,8. id est, Christum, cuius adventum prædixerunt alij prophetæ, vocaueruntq; eum Germen.

## GENVA.

Genua curuata roboraſti, Job 4,4. vel labantia. pro, Deficiētes in afflictionib<sup>9</sup>.

## GLADIVS.

Inducam super vos gladium vltorem vltionis fœderis, Leuit. 26,25. pro, Immittam homines armatos, qui fractū à vobis & violatum fœdus quod pèpigeratis, vlciscantur.

Gladij sunt in labijs eorum, Psal. 59,8. pro, Loquuntur meras cædes: singula eorum verba totidem sunt gladij ad iugulandos homines.

## GLORIA.

Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem bouis comedentis herbam, Psal. 106,20. id est, Relicto vero Deo, qui erat gloria & decus eorum, seruerunt Idolis.

Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriæ: Ierem. 48,17. id est, Qua ratione factum est, vt regnum Moab tam potens & gloriosum, deletum sit. Faciet illud secundum imaginem viri, secundum gloriam hominis. Iesa. 44, 13. pro, Dabit illi effigiem humanam elegantissimam.

Et de his quæ erant patri nostro fecit omnem gloriam hanc, Gen. 31,1. id est, Omnes istas diuitias quibus gloriam sibi comparauit.

## GRANDIS.

Ecce non faciet pater meus rem grandem, vel rem paruam quam non reuelet auri meæ, 1 Sam. 20,2. id est, Nihil facere solet, siue paruum sit, siue magnum, quin indicet mihi.

## GRATIA.

Et suscepit gratiam in oculis omnium videntium eam, Esther. 2,15. pro, Cöciliavit sibi fauorem.

Si quæſo inueni gratiam in oculis tuis, 1 Sam. 27,5. pro, Si tibi gratus sum. vel, si tibi gratum fuerit.

## GRESSVS.

Dilatabis gressum meū subtus me, Psal.

18,37. pro, Effecisti vt quocūque irem, lato & ampio gressu ingredenter, hoc est, libere & sine metu. aut, pateret mihi iter expeditum & inoffensum.

## GVTTVR.

Exaltationes Dei in gutture eorum, Psal. 149,6. q.d. De magnificis factis Dei semper loquuntur. Pleno gutture cantant laudes Dei.

## H.

## HABITATIO.

Omnis habitatio domus Siba, serui erāt Mephiboséth, 2 Sam. 9,13. pro, Quotquot habitabant in domo Siba, &c.

## HIRCVS.

Recedite de medio Babel, & estote tanquam hirci ante gregem, Ierem. 50,8. id est, Alieni à metu tanquam hirci gregem præcedentes.

## HONORIFICO.

Leuabit te cor tuum ad honorificandū, 2 Par. 25,19. pro, Cœpisti magno esse animo, vt maximo honore dignum te putares.

## HMILIOR.

Humiliatus est Moab in die illa sub manu Israel, Iud. 3,30. pro, Moabitæ venerunt in potestatem Israëlitarum.

## I.

## IGNIS.

Qui facit ministros suos ignem vrētem, Psal. 104,4 id est, Qui fulmine vtitur tanquam ministris.

Laborabunt populi in igne, Chabb. 2, 13. id est, Videbuntur frustra laborare circa extirptionem talium vrbiū quæ tandem incendio absumentur.

## ILLVMINO.

Illuminati sunt oculi eius, 1 Sam. 14,27. pro, Clariores redditii sunt postquam comedit mel.

## INCISIO.

Incisionē pro anima non dabitis in carne vestra, Leuit. 19,28. pro, Non incidetis carnem vestrā propter mortuū.

## INCIRCVNCSVS.

Et ego sum incircensis labijs, Exod. 6, 13. p, In loquedo rusticus & inelegas.

## INDVLGENTIA.

Polluo sanctuarium meum, & indulgentiam animæ vestræ, Ezech. 24, 21. id est, rem quam tantum amatis quantum indulgentes patres liberos suos. siue rem quam miro affectu prosequitur animus vester.

## INDVO.

Et spiritus Dei induit Zechariah, 2 Par. 24,20. pro, Egit eum spiritus Dei.

## INGREDIOR.

Num fratres vestri ingredientur ad bellum, & vos manebitis? Num. 32, 6. pro, Pugnabunt?

Et ingressa es in ornamento ornamenterum, Ezech. 16,7. pro, Ornasti te ornamento vario, pulcherrimo & elegantissimo, vel apto, disposito. facta es studiosa mundi muliebris.

## INIQUITAS.

Sed si ad decipiendum me pro aduersarijs meis absq; iniquitate in manibus meis, 1 Par. 12,17. p, Quum nihil vos læserim, quum nihil iniquum admiserim in vos.

## INSVLSVS.

Nec tribuit aliquid insulsum Deo, Job 1,22. pro, Non dixit Deum quicquam fecisse sine ratione.

## INTELLIGO.

Intelligere fecit manus suas, Gen. 48,14. pro, Docte & scite imposuit illis manus suas.

Et de filijs Issaschar scientes intelligentiam in temporibus vt scirent quid faceret Israël, 1 Par. 12,32. pro, Periti temporum & occasionū, id est, Scientes quo tempore quidque esset agendum Israeli captatis occasionibus.

## INTERFECTIO.

Et super populum interfectionis meę ad iudicium, Iesa. 34,5. pro, Quos interfectur sum vt iudicium exercet in eos. Auxiliati sunt vnuſquisque proximo suo ad interfectionem, 2 Par. 20, 23. pro, Confoderunt se mutuis vulneribus.

## INVENIO.

Scitote peccatum vestrum quod inueniet vos, Num. 32,23. pro, Quale sit peccatum vestrum pro quo iuetis pœnas. Quemadmodum inuenit manus mea regna idoli, Esa. 10,10. pro, Quemadmodum superauit & vici alia regia in quibus colebantur idola.

## INVESTIGATIO.

Num inuestigatione Deū inuenies? Psal. 11,7. pro, Nunquid peruestigando assequēris omnia Dei consilia?

## INVOCO.

Tantū inuocetur nomen tuū super nos, Iesa. 4,1. pro, Dicamus uxores tuæ.

## IRA.

Propterea quod non audisti voci Domini, nec fecisti iram furoris eius contra Hamaleck, 1 Sem. 28,18. i. Quod præceperat iratus valde cōtra Hamaleck.

Quoniā ira hominis cōfitebitur tibi, Psal. 26,11. p, Qui prius erāt tibi irati laudabunt te, vel cedet tandem in laude tuā hostiū furor cū illos deuiceris. Iram Dñi ferā, quoniā peccauit ei, Mich. 7,9. i. Pœnam mihi à Dño illatam.

## IVBEO.

Iubebo pro te, 2 Sem. 14, 8. i. Iubebo & præcipiam vt filio tuo nihil mali fiat.

## IVDICIVM.

Iudicia tua Abyssus multa, Psal. 36,7. id est, Quocunq; vertamus oculos, sursum, ac deorsum, iusto Dei iudicio omnia disponuntur.

Et docuit eum in semita iudicium, Iesa. 40,14. id est, Quis docuit Deum hanc mirabilem dispositionem, & ordinē quem in creatione mundi seruauit.

Et apprehenderit iudicium manus mea, Deut. 32,41. pro, Et cœpero facere iudicium.

Ad faciēdum in eis iudicium scriptum, Psal. 149,9. id est, Ut sumant de illis pœnas iuxta scriptum legis, in qua vt delerent gentes, mandatum erat illis.

Nesciunt iudicium Dei terræ, 2 Reg. 17, 26. pro, Motem, id est, Quo cultu, & religione, velit coli Deus eius terræ.

## IVDICO.

Dan iudicabit populum suum, Gen. 49, 16. pro, Reget, & moderabitur.

Nunciabo regi, quod iudicauerit eum

## HEBRAICÆ LINGVÆ

Dominus de manu inimicorum suorum, 2 Sem. 18, 19. pro, Eripuerit eum, siue iudicio suo liberauerit.

## I Y G V M.

Remouebitur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eius remouebitur, Ies. 14, 25. q.d. Populus meus postea non pendet tributa Assyrijs.

## I V R O.

Ad terram quam iurauit Abraham, Gen. 50, 24. pro, Quam interposito iumento pollicitus est iphi Abraham.

## I V S I V R A N D V M.

Quare non custodisti iuriandum Domini, 1 Reg. 2, 43. pro, Quod iurasti mihi per Dominum.

## I V S T I F I C O.

Iustificauit animam suam rebellis Israel magis quam præuaricatrix Iehudah, Iere. 3, 1. pro, Iustiorem præstigit se, quæ sit soror eius, si cōferatur cum ea.

## I V S T I T I A.

Peccauerunt Domino habitaculo iustitiae, & exspectationi patrum eorum Domino, Ierem. 50, 7. id est, In quo erant semper tuti, ut sub tutela legum & iusto iudicio, si qui eos afflixissent, quem admodum antea fuerat spes & columen patrum suorum.

Propterea elögauit se iudicium à nobis, & non apprehendit nos iustitia, Jes. 59, 9. id est, Deus non vlciscitur iniurias illatas nobis, nec tuetur nos. q.d. Deus abiecit curam populi sui, ac destituit auxilio & ope sua.

Non ingrediantur iustitiam tuam, Psal. 69, 28. pro, Nunquam resipiscant. vel, nunquam eos iustifices, aut absoluas. Præcepisti nobis iustitiæ, testimonia tua, & veritatem valde, Psal. 119, 138. pro, Tu studiose admodum præcepisti obseruari leges tuas quæ sunt æquissimæ & verissimæ.

Et vobis non est iustitia in Ierusalaim, Nech. 2, 20. pro, Meritum nullum. hoc est, Nunquam estis bene meriti de Ierusalem.

## L.

## L A B I V M.

Labium blanditarum in corde & corde loquentur, Psal. 12, 3. pro, Sermone blando dupli corde loquuntur.

Quia balbutientibus labijs, & in lingua altera loquetur propheta ad populum istum, Ies. 28, 11. pro, Videbitur illis loqui lingua balbutiente & peregrina, ignorantæ, adeo alienus erit à Deo populus.

Et erat omnis terra labij vnius, Gen. 11, 1. id est, Omnes homines vnicō idiomate vtebantur.

Quod egreditur è labijs tuis custodies, Deut. 24, 24. pro, Quod semel pollicitus fueris, præstabis.

## L A B O R.

Labor Ægypti, & negotiatio Chus, super te transibant, Ies. 45, 14. pro, Opes Ægyptiorum labore partæ, & merces Æthiopum peruenient ad te.

Laborare fecisti me propter iniquitates tuas, Ies. 43, 24. id est, Varia tædia deuorare fecisti me, vel, molestus admodum mihi fuisti propter &c.

## L A C.

Nó coques hœdum in lacte matris suæ, Exod. 23, 14. pro, Dum matris lac fugit, vel, cum matre lactante.

## L A M E N T V M.

Assume super Sct lamentum, Ezech. 27, 2. pro, Deplora fortē ac calamitatem Tyri.

## L A P I S.

Mortuū est cor eius in medio ei⁹; & fuit vt lapis. p, Versum est in lapidem: hoc est, Obstupuit instar lapidis præ metu. Lapidem depictum nō ponetis in terra vestra, Leuit. 26, 1. i. Effigiem lapideam.

## L A Q V E V S.

Et capias laqueum animæ tuæ. Prou. 22, 25. pro, Ne tandem malè pereas, & ab alijs interficiaris.

Neq; coles deos eorū, quia laqueus sunt tibi, Deut. 7, 16. i. Auertit te à Deo tuo cultus ille idolorum.

## L A V S.

Et tu sanctus permanens laudes Israëlis, Psal. 22, 4. pro, Qui laudis materiæ continuo gratiarum tenore suppeditas, & tuis assiduis beneficijs. vel, Sancte permanēs, & laudes Israëlis. id est, Auctor vt multi laudent Israëlem.

## L E O.

Fuit mihi hæreditas mea tanquam leo in sylva, Iere. 12, 8. i. Ita fugio vt fugere solent qui iter agūt, audito leonis rugitu.

## L E V I S.

Levis sicut aquæ, non habebis excellētiam, Gen. 49, 4. pro, Leui ingenio es, & proliui ad libidinem.

## L E V O.

Ad terram super quam eleuaui manum meam, vt habitare facerem vos in ea, Num. 14, 30. pro, Quam iurauit me traditum vobis habitandam.

## L I B E R T A S.

Ego prædicto vobis libertatem ad gladiū, ad pestem, & ad famé, Ier. 34, 17. i. Denūtiaturus sum in perniciem vestram, liberam facultatem inuadendi vos, gladio hostili, pesti & fami, vt perdāt vos.

## L I G A T A.

Indicatio problematum, & solutio ligatorum inuenta sit in eo, Dan. 5, 12. hoc est, Nodorum ænigmatum.

## L I G N V M.

Suspendit eos in quinque lignis, Ios. 10, 26. pro, patibilis, vel crucibus.

## L I N E A.

Extendam super Ierusalaim lineam Someron, 2 Reg. 21, 13. pro, Designabo vellut linea quadā id quod volo perdi, & deiici. & quemadmodum curauit euertendam Samariam, ita curabo euertēdam Ierusalem.

Nam est cis præceptū post præceptum, præceptum post præceptum, linea post linea, linea post linean, parum ibi, parū ibi, Ies. 28, 10. vult dicere, Paulatim sunt docendi pueri, vt discant legere versum post versum.

## L I N G V A.

Posuerunt in cælos os suum, & lingua eorum graditur in terra, Psal. 73, 9. pro, Etiam de hominibus male loquuntur, vt de Deo.

## L I N G O.

Inimici eius terrā lingent, Psal. 72, 9. pro, Osculabūtur terrā in signū reuerentię.

## L O Q V O R.

Sicut locutus est Dñs super filios Dauid, 2 Par. 23, 3. pro, Sicut promisit Deus nepotibus Dauidis.

Locutus est ad cor eorum, Gen. 50, 21. pro, Verbis blandis leniuit mœstitiam eorum.

## L V C E R N A.

Filio eius dabo tribū vnam vt sit lucerna seruo meo omnibus diebus coram me, 1 Reg. 11, 36. id est, Regnum, vt semper habeat aliquem ex nepotibus suis, qui regnet in Ierusalē me cōspiciente. Dum splendescere faciebat lucernam suam super caput meum, Job 29, 3. pro, Dum ipse summo fauore prosequetur me.

## L V M B V S.

Accinxit fortitudine lumbos suos, Prou. 31, 17. id est, Exactè, diligenter & accuratè se preparat ad opus, vel agit omnia strenue & virili animo, assiduaq; est in negotijs domi & foris agendis.

## L V M E N.

Adlumen eius ambulabam in tenebris, Job 29, 3. pro, Quādo propitium Deū sentiebā in cūctis hui⁹ vitæ incōmodis.

## L V N A.

Sicut luna stabilitur in seculū, & testis in cælo fidelis, Psal. 89, 38. id est, Quæ testis est durationis illius regni. q. d. Quandiu sol & luna in cælo fulgebūt, erūt mihi testes quodd solium hoc Dauidis nunquam concidet.

## L V X.

Expellent eum de luce ad tenebras, Job 18, 18. pro, Afflictiones & morbi propel lent eum à lumine felicitatis & gaudij ad tenebras intolerabilium crūnarum.

## M.

## M A G N I F I C O.

Ecce sicut magnificata est anima tua die hac in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, 1 Sam. 26, 24. pro, Quemadmodū in magno pretio habui vitam tuam, ita vt te non occiderim; sic Dominus conseruet me in vita, ne me occidas.

Magnificans Deus salutes regis sui & faciens misericordiā Christo suo Dauid, Psal. 18, 51. pro, Magnam salutem affrēns mihi regi suo. vel, magnificè me regem suum iuuit.

## M A L E D I C O.

Vidi virum stultum radicantem, & maledixi habitaculo eius statim, Job 5, 3. pro, Mox reputavi habitaculum eius esse inaledictum, i. mox reputavi fore vt domui ac familiae ei⁹ male cederet.

## M A L I T I A.

Ficus malas valde quæ non poterant commedi propter malitiam, Ierem. 24, 2. i. Acerbas quæ præ ſuauitate & in amœnitate palato & gustui erant ingratæ.

## M A L V M.

Iratus sum parum, & ipsi auxiliati sunt in malum, Zach. 1, 15. i. In afflictionem. hoc est, Afflixerunt eos suprà quæ volebam. q. d. grauissimè afflixerunt.

Parum abfuit quin fuerim in omni malo, Prou. 5, 14. Quin obrutus fuerim omnimoda afflictione.

## M A N S I O.

Manete queso, ecce mansio est diei, Iud. 29, 9.

29, 9. pro, Tempus est quo dies conuerteret se ad hospitium, id est, occidet. q. d. Non procul abest occasus solis, quo tempore solent homines diuertere ad hospitium.

## M A N V S.

Vnusquisque secundum donum manus suæ Deut. 16, 17. pro, Quisque offeret iuxta quod conferre poterit.

Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam super me, Nechem. 2, 8. pro, Fauore & gratia Dei mei erga me.

Et si non attigerit manus eius sufficiens pecus, Leuit. 5, 7. pro, Si tam pauper sit, vt non suppetat ouis quam offerat. Confortauerunt manus malorum, vt nō conuertatur vñusquisq; à malitia sua, Ier. 23, 14. i. Fauent facinorosis.

Ægypto dedimus manum, Assyrio vt saturaremur pane, Thren. 5, 6. pro, Peppigimus foedus cum Ægypto & Assyria. vel, Suplices illi facti sumus vt pane saturaremur.

Et defixisti alieno manum tuam, Prò. 6, 1. i. Attactu manus stipulatus sis, & fide iussoris, siue manu tua stipulatus fueris pro alieno.

Et dixit, quia manus super thronum Domini, bellum Domini in Hamalec, Exod. 17, 16. pro, Dixit Dominum iurasse per solium suum, sibi futurum bellum cum Hamalecitis.

## M A R E.

Quia affluentiam marium fugent, Deu. 33, 19. pro, Mercibus marinis abundabunt.

## M E D I V M.

Quia nomen meū in medio eius, Exod. 23, 21. pro, Legatus meus est; & quæ dicet, nomine meo dicet.

## M E M O R O.

In omni loco quo memorare faciā nomen meum, veniam ad te, Exod. 20, 24. pro, In quocunque loco instituero cultum nominis mei.

## M E N D A X.

Eritis mihi velut vena mēdax, veluti aquæ quæ non fideles sunt, Ierem. 15, 18. id est, Non perpetuò fluens. q. d. Cū sperabo te mihi laturū auxilium, tunc desereres me.

## M E N T I O R.

Mustū mentietur eis, Hos. 9, 2. pro, Non respondebit votis eorum.

## M E R C E S.

Ante dies hos merces hominis non fuit, & merces animalis non fuit, Zach. 8, 10. i. Labor tam hominum quæ iumentorum erat inutilis, irritus & inanis. hoc est, maledictus à Deo.

## M E T I O R.

Et mensus est duos funiculos ad mortificandum, & plenum funiculum ad viuificandum, 2 Sam. 8, 2. pro, Duas partes interfecit, & tertia parti percit.

## M I N O R.

Minor sum cunctis misericordijs tuis, Gen. 32, 10. pro, Inferior, vel indignus sum misericordijs tuis.

## M I R A B I L I S.

Mirabilior fuit amor tuus mihi amore mulierum, 2 Sam. 1, 26. pro, Te magis

diligebam quæ vñlam mulierem;

## M I S C E O.

Et quomodo misces te cum equis? Iete. 12, 5. id est, Quomodo cum equis cursu certare poteris?

## M I S E R I C O R D I A.

Misericordiā & veritatem præpara quæ conseruant te, Psal. 61, 8. pro, In seruando rege tuo ostende te esse misericordem & veracem in tuis promissionibus. Aut, Fac vt semper sequatur reütudinem & clementiam, quia istæ virtutes sunt fideles regni custodes. Ista est misericordia tua ad amicū tuū?

2 Sam. 16, 17. pro, Hæc rependis amico tuo pro beneficijs acceptis?

Dedit Deus Danielem in misericordiā, & misericordias coram principe Eu-nuchorum, Dan. 1, 9. pro, Efficerat Deus, vt esset gratosissimus & charis-simus illi principi valde.

## M O N S.

Potens præ móribus rapacibus, Psal. 76, 5. id est, Prædatoribus. Montes rapaces vocat regna violenta, per vim & multas cædes acquista.

Contriti sunt mótes longi temporis, incuruauerunt se colles æterni, Chabb. 3, 6. id est, Reges ac principes, siue nobiles, qui multo tempore imperauerant in regione illa.

## M O R S.

Et Domino Deo ad mortem sunt exi-tus, Psal. 68, 21. pro, Domini est mors, & animarum exitus. vel, Dominus potest hostes suos tradere ad mortem quum vult.

Non est puellæ peccatum mortis, Deut. 22, 26. pro, Non admisit facinus dignum morte.

Percussimus foedus cum morte, & cum sepulchro fecimus pactum, Iesa. 28, 15. pro, Non veniet super nos mors, non moriemur.

Ecce mortuus es, Gen. 20, 3. pro, Actum est de vita tua.

## M V L T I P L I C O.

Qui multiplicauit occisos nostros, Iud. 16, 24. pro, Qui plurimos ex nostris occidit.

Et cùm multiplicata esset res ista, 2 Par. 31, 5. id est, Cū hoc esset diuulgatum.

## M V L T I T V D O.

Ego Dominus respondebo ei in multi-tudine idolorum suorum, Ezech. 14, 4. id est, Tametsi fuerit maximus idololatra.

## M V N D O.

Mundando non mundabit, Num. 14, 18. pro, Non absoluere solet eum qui nō agnoscit peccatum, sed punire.

## M V T O.

Surge nunc, & muta te, 1 Reg. 14, 2. pro, Muta vestem tuam, & ornamenta tua, ne agnoscaris.

## M V T V S.

Aperi os tuum muto, Prou. 31, 8. pro, Pa-trocinare silenti in sua causa.

## N.

## N I D V S.

Vt aquila quæ excitat nidū suum, Deut. 32, 11. pro, Ad volandum excitat pullos suos.

In nido mēo moriar, Job 29, 18. pro, In medio liberorum meorum. hoc est, Liberis meis superstitibus.

## N O B I L I S.

Beata tu terra, cùm rex tuus filius est no-bilium, Eccl. 10, 17. pro, Cuius rex ge-nero-fus est. N O M E N.

Ad ædificandum domū, vt esset nomen meū ibi, 1 Reg. 8, 16. pro, Quæ dicar-etur nomini meo, & in qua inuocarer. Omnes populi ambulabunt vñusquisq; in nomine Dei sui: & nos ambulabi-mus in nomine Domini Dei nostri, Mich. 4, 5. i. Colet Deum suum, siue idola: nos autem colemus Deum no-strum Dominum.

Fecisti tibi nomen secundum diem hāc, Ierem. 32, 20. pro, Péperisti tibi famā insignem & celebrem.

Vt non ponam viro meo nomen, 2 Sam. 14, 7. pro, Vt non relinquam vñllum fi-lium qui nomen patris referat. vel, vt deleatur prorsus memoria viri mei, quæ seruabitur in pruna illa filij mei, si tibi eum seruare placuerit.

Ne forte capiam ego ciuitatem, & vo-ce-tur nomen meum super eam, 2 Sam. 12, 28. pro, Si cepero eam, tribuatur mihi victoria.

## N O V A C V L A.

Sicut nouacula acuta faciens dolū, Psal. 52, 4 sub. tu es. pro, Tu dolose agis mecum, velut nouacula quæ aberrans petit iugulum: vel, quā si leuiter con-tingas, sua acutie vulnerat grauissimè.

## N O X.

Qui non fuerit mēdus ob accidens no-ctis, Deut. 23, 10. id est, Propter pollu-tionem quæ noctu acciderit.

## N V M E R V S.

Quādo erat nubes diebus numeri super tabernaculum. Num. 9, 20. i. Diebus paucis, qui facile numerari possunt.

## N V N T I V M.

Vir bonus est hic, & cū nuncio bono ve-nit, 2 Sam. 18, 27. pro, Boni nūcij cāusa venire solet. O.

## O B S I D I O.

Venit ciuitas in obsidionem, Iere. 52, 5. pro, Obsidio venit in ciuitatem, id est, Obsessa est ciuitas.

## O C C A S I O.

Et imposuerit ei occasiones verborum, Deut. 22, 13. pro, Efficerit vt alij male de illa loquantur.

## O C C I S I O.

Pasce pecora occisionis, Zach. 11, 4. hoc est, Populū Iudaicum iam destinatū cædi & occisioni, decreto ac sententia Dei. O C V L V S.

Terra quā Dominus Deus tuus querit, semper sunt oculi Domini Dei tui in ea, Deut. 11, 12. pro, Curam illius ha-bet, nequid ei desit.

Vnusquisq; abominationes oculorū ve-strorum projicie, Ezech. 20, 7. i. Idola ad quæ oculos conuertitis. vel, quæ diligitis & colitis: quod oculi alliant & adducant homines,

Et malignet oculus tuus cōfrati fratre tuū, Deut. 15, 9. pro, Ne parcus, inui-dus, immisericors sis in fratrem. Animi habitus, oculis se maximè prodit.

Malignus oculus significat parcum, inuidentem, immisericordem, qui non libenter miseretur pauperum. Contrà, Oculus bonus pro animo liberali & benefico accipitur. Prou. 22, 9.

Num honorat Dauid patrem tuum in oculis tuis, 2 Sam. 10, 3. pro, Tua sententia & opinione. q. d. putas quod ut honore afficeret Dauid patrem tuum, &c. Et fuit sicut ludes in oculis generorum suo rū, Gen. 19, 14. pro, Vifus est illis iocari. Quia eripuisti oculum meum à lachryma, Psal. 116, 8. pro, Sustulisti à me omnem tristitiam & mœrem. Sapientis oculi sunt in capite eius, Eccl. 2, 14. hoc est, Circumspectus est sapiens, diligenter videt quid agendum sit.

## ODOROR.

Odoratus est Dominus odorem quietis, Gen. 8, 21. pro, Suscepit cū beneplacito oblationem, siue placatus est Deus.

## OLEA.

Relinquentur in eo racemi, sicut excusio oleæ duorum, vel trium granorum in summitate rami, Ies. 17, 6. id est, Remanebunt habitatores Ierusalem pauci, sicut racemi vindemia facta, & vt paucæ oleæ remanent excussa olea.

## OLEI.

Corrumpetur iugum à facie olei, Ies. 10, 27. id est, Propter oleum, hoc est, In gratiâ Ezechiæ vñcti Dei, siue potius Messiae promissi.

## OLLA.

Moab olla lotionis meæ, Psal. 68, 10. pro, Moabitæ mihi seruiliter subditi erunt. vel, Moab mihi subdita erit ceu lebes in quo lauem pedes.

## OPERIO.

Os impiorum operiet iniquitatem, Proverb. 10, 6. id est, Semper cogitat malum, celat iniuriâ quâ s. meditatur in corde suo.

## OPVS.

Et tulit omne vas operis, Num. 31, 51. pro, Vasa opere, siue industria facta.

Mentiebatur opus oliuæ, Chabb. 3, 17. id est, Oleæ non producebant fructum suum, non respondebant votis agricolæ.

## OPPRESSVS.

Dirigite oppressum, Ies. 1, 17. id est, Emendate sententiam, vel accusationem iniquè latam contra oppressum.

## ORATIO.

Clausit orationem meam, Thren. 3, 8. pro, Clausit aures ad orationem meam ne pueriret ante illum, i. Non exaudiuit me.

Et oratio mea ad sinum meum reuertebatur, Psal. 35, 13. id est, Tacitè mecum, & tanquam in sinu, remotis arbitris orabam pro ipsis.

## ORIOR.

Orietur vobis timentibus nomen meum, Mala. 4, 2. i. Apparebit vobis Christus.

## OS ORIS.

Si eduxeris preciosum à vili, tanquam os meum eris, Ierem. 15, 19. id est, Accidet tibi ut prædictero tibi.

Veruntamen iuxta os Domini fuit hoc contra Iehudah, 2 Reg. 24, 3. pro, Iuxta sententiam, id est, Lata sententia de ore Domini. q. d. Ore suo tulerat sententiam, se abducturum Iudam in captiuitatem.

Ne remoucas de ore meo verbum veri-

tatis, Psal. 119, 43. pro, Cupio mihi eam dari fortitudinem ut celebré promissiones tuas quicquid mihi acciderit. Ponet in puluere os suum, Thren. 3, 29. pro, Submissæ loquetur, de se submissæ sentiet, quasi terram deosculaturus. Quoniā in ore Absalom erat positum, 2 Sam. 13, 32. pro, Semper narrabat amici se occisum Amonem.

## OSCULOR.

Osculamini filium ne forte irascatur, Psal. 2, 12. pro, Osculo manuum testamini vos filium Dei habere pro rege. Osculum manuum in Palæstina, signum subjectionis erat.

## OS OSSIS.

Mementote quod os vestrum, & caro vestra sum, Iud. 9, 2. pro, Propinquus vester siue cognatus.

## P.

## PACTVM.

Et ingressus sum in pactum tecum, Ezech. 16, 8. pro, In iugis foedus tecum.

## PALATVM.

Et nō dedi ad peccandum palatum meum, ut expeterem maledictionem animæ illius, Iob 31, 30. pro, Quum ne verbo quidem offendierim cum, ut ei dira imprecarer.

## PALLIVM.

Et non induentur pallio piloso, ut mentiantur, Zach. 13, 4. i. Posthac non videntur pallio quod induere solebant veri Prophetæ, ut habitu mentirentur prophetiam veram.

## PANIS.

Panem pigritiæ non comedit, Prou. 31, 27. id est, Non viuit sine labore.

Quia veluti panis noster sunt, Num. 14, 9. pro, Deuorabimus eos tanquam panem.

## PARIES.

Parietes cordis mei doleo, Ierem. 4, 19. id est, Präcordia quæ sunt tamquam parietes cordis.

## PARTVRIÖ.

Propterea dabit eos usque ad tempus quo parturiens pepererit, Mich. 5, 2. id est, Tradet eos usque in summas angustias, siue, Sinet suos affligi nō aliter quam affligi solet mulier in ipso puerperio, siue partu.

Si non traxerint eos parvuli gregis, Iere. 49, 20. id est, Raptauerint cadauera eorum per terram vilissimi exercitus Chazarorum.

## PATER.

Omnis generatio illa congregata est ad patres suos, Iud. 2, 10. pro, Mortua est & cōdita cū maioribus suis in sepulchris.

## PAVOR.

Incipiam dare pauorem tuum super faciem popolorum, qui sunt sub omni cælo, Deut. 2, 25. pro, Reddam omnes populos territos auditio nomine tuo.

## PAX.

Num est pax tibi? nun est pax viro tuo? num est pax pueri? & dixit: Pax. 2 Reg. 4, 26. pro, Recte vales? saluus est vir tuus? præclaréne agitur cum pueri? Respondit: Omnia sunt salua.

Castigatio pro pace nostra super eum, Ies. 53, 5. pro, Fuit castigatus, ut haberemus pacem.

Quia erit pax, & veritas in diebus meis, Ies. 39, 8. pro, Tantum peto, ut viuam in columnis, & præstet Dominus quod est pollicitus.

Non quæres pacem eorum, & bonum eorum omnibus diebus tuis in seculum, Deut. 23, 6. pro, Numquam consules tranquillitati eorum & utilitati.

Succisa sunt pascua pacifica, Ierem. 25, 37. i. Vbi scilicet pacificè, & sine incursione ferarū greges antea pascebatur.

## PECCATVM.

Peccatum populi mei comedérunt, Hos. 4, 8. pro, Sacrificium siue hostiam oblatam pro peccato.

## PERCVTIO.

Nunquid iuxta plagam percutientis eum percussit eum, Ies. 27, 7. id est, An afflixit Deus populum suum, ut Sennacherib & Pharao illum percusserant?

## PERGRINVS.

Quia peregrinus sum apud te, incola ut omnes patres mei, Psal. 39, 13. pro, In terra patriam meam non agnoscō, sed velut peregrinus in ea habitō, exspectas habitationem tuā cælestē, ut & patres mei.

## PEREO.

Super ipsis periit senium, Iob 30, 2. pro, Misériores fuerunt quām vt senectutē attingere potuerint præ fame. vel, Periit tempus super ipsos. pro, In vanum contriverunt ætatem suam. hoc est, vixerunt inutiles.

## PERFECTIO.

Dixit Saul ad Dominum Deum Israël: Da perfectionem, 1 Sam. 14, 41. id est, Decerne integratatem, hoc est, Sortem veram. fac venire sortem pro rei veritate. fac vt sors cadat super eum qui peccauit. Iudica uter peccauerit, ego, an Jonathan filius meus.

## PES.

Rader Dominus in nouacula conducta mercede caput & pilos pedum, Ies. 7, 20. id est, Pubem & pudenda. Nā quicquid infra aluum est tribuitur pedib⁹.

Leuauit Iahacob pedes suos, & iuit, Ge. 29, 1. q. d. pedes, nō eques, perfectus est. Quis suscitauit ab Oriente iustitiam, vocabit eum ad pedem suum? Ies. 41, 2. id est, Ut sequatur se quocunque voluerit eum ire, ut prompti & morigeri famuli solēt, qui dominorum suorum vestigia sequuntur.

## PETRA.

Et de petra melle saturauit te, Psal. 81, 17. Hyperbole incomparabilis felicitatis & fœcunditatis. q. d. Rem infœcundam feci potius abundare rebus omnibus ad vitam necessarijs quām nō saturasse. dictione enim mellis id significatur.

## PHARETRA.

Beatus vir qui impletuit pharetram suam ipsis, Psal. 127, 5. sub. filijs. Pharetram vocat domum, quod præcedenti versu filios dixisset esse velut sagittas: Ut sagittæ in manu potentis, ita filii iuuentutum.

## PLATEA.

Plateas pones tibi in Dammasec, 1 Reg. 20, 34. p. Fora aut vicos rerū venaliū, cōstitues tibi, ex quib⁹ vēctigalia recipies: & hac re superiorē te agnoscam.

## PLE-

## PLENVS.

In argento pleno da eum mihi, 1 Par. 21, 22. pro, Pretio integro, vel, argento quantum valet, vende eum mihi. Lapidès plenitudinum, Exod. 25, 7. pro, Gemmæ quæ auro & argento includi solent in palis.

## PLVVIA.

Exspectabant sicut pluviā me, Job 29, 23. pro, Tanto desiderio exspectabant verbum meū quanto exspectatur pluviā in Autumno, irrigandæ fementi necessaria.

## POENITENT.

Et pœnituit eum secundum multitudinem miserationum suarum, Psal. 106, 45. id est, Quasi mutasset sententiam, cœpit eos benignè tractare iuxta abundantantes suas misericordias, vel, ob multam suam bonitatem, siue sua ingenti misericordia commotus.

## PONO.

Non posuerunt Deum coram se, Psal. 54, 5. pro, Nullam Dei rationem habuerunt.

Et ponēt fœditatem vestram super vos, Ezech. 23, 49. pro, Suntem pœnas de vobis propter flagitia & scelera quæ admisistis.

Ponam Ierusalaim lapidem onerosum omnibus populis, Zachar. 12, 3. pro, Reddam Ierusalaim immobilem ut à nullis populis transferri possit.

Non pones sanguinem in domo tua, Deut. 22, 8. pro, Ne sis causa necis si corruerit aliquis de teō tuo.

Pones verba in ore eius, Exod. 4, 15. pro, Totum negotium ei mandabis, ac dices illi quid oporteat illum dicere.

## POPVLS.

Venient ad te secundum ingressum populi, Ezech. 33, 31. pro, Vt solet ingredi & irrumperet populus, confertim nempe & multi simul.

Congregatus est ad populos suos, Gen. 25, 8. pro, Conditus est sepulchro cum maioribus suis.

## PORTA.

Vt narrem omnes laudes tuas in portis filiæ Syon, Psal. 9, 15. pro, Locis in quibus conciones haberi solebant à populo Israëlitico, in conuentu frequentissimo in media Ecclesia.

## PORTO.

Turpitudinem tuam & abominationes tuas tu portasti, Ezech. 16, 58. pro, Afflicta fuisti pro ratione scelerum tuorum.

## POST.

Non respondebis in causa, vt declines post multos ad peruerendum, Exod. 23, 2. pro, In lite ne sequaris plurimum sententiam, vt cuiusquā perueritas ius.

## POTATOR.

Neque stabunt vlni eorum in sublimitate sua, omnes potatores aquarum, Ezech. 31, 14. id est, Arbores quæ gaudent magno humore.

## PRÆCIPIO.

Præcepit ei super Mordechai, Esther. 4, 5. pro, Dedit ei nianda de Mardechao.

Omni exercitu eorum præcepi, Iesa.

## IDIOTISM.

45, 12. id est, Totum illum cælorum exercitum mandato feci, siue solo verbo & iussu.

## PRETIVM.

Dedi pretium tuum Ægyptum, Iesa. 43, 3. id est, pretium redēptionis tuæ.

pro, Quasi permutatione facta, cladem quæ tibi impendebat à Sennacherib conuerti in Ægyptios.

Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, 1 Sam. 3, 1. pro, Tunc erant rari

Prophetæ qui voluntatem Domini

populo annuntiarent.

## PROBRVM.

Vt non capiat vlrā probrum famis in Gentibus, Ezech. 36, 30. id est, Ne posthac malè audiatis apud Gentes propter penuriam panis.

## PROFICISCOR.

Proficiſci fecerūt lapides grādes, 1 Reg. 5, 17. pro, Præcepit vt adueherent lapides.

## PROFUNDVS.

Et profundas aquas biberitis, Ezech. 34, 18. id est, Limpidas ac puriores; quod aquæ profundæ sint limpide ac puræ.

## PROHIBEO.

Ecce prohibuit Dominus meus Naaman Aramæum hunc vt non acciperet de manu eius quæ attulit, 2 Reg. 5, 20. pro, Pepercit Dominus meus rebus Naaman istius, id est, Noluit accipere de muneribus quæ attulit Naaman.

Et nunc loquere obsecro ad regem, quia non prohibebit me à te, 2 Sam. 13, 13. pro, Non denegabit me tibi.

## PROLONGO.

Prolongabuntur dies, & deficiet omnis visio, Ezech. 12, 22. id est, Longi ac prolixierunt q.d. Non euident ante multos annos, & interim irrita erit omnis visio diuturnitate temporis.

## PROPINQVS.

Nunquid Deus de propinquio ego sum, dixit Dominus, & non Deus de longinquio? Jerem. 23, 23. id est, Deus nūus & recens, & non potius æternus?

## PVDO.R.

In omni terra pudoris eorum, Sophon. 3, 19. pro, In terra in qua probris affecti fuerunt.

## PVLVIS.

In puluerem mortis me pones, Psal. 22, 16. pro, In terram sepulchri, siue in sepulchrum. q. d. Ex hac tribulatione nihil aliud exspecto quam mortem.

## Q.

## QVÆRO.

Omnis reges terræ quærebant faciem Selomoh, 2 Par. 9, 23. pro, Inuiserant Salomonem, vel magno desiderio tenebant inuisendi eum.

## QVIES.

Odoratus est Dominus odorem quietis, Gen. 8, 21. pro, Suscepit cum beneplacito oblationem, siue placatus est.

## QVIESCO.

Viderunt populū qui erat in medio eius habitantem cōfidenter, iuxta consuetudinem Sidoniorum, quiescentem & confidentem, Iud. 18, 7. pro, Otiosum & nihil timentem.

## R.

## RADIX.

Radix mea aperta erit iuxta aquas, Job 29, 19. pro, Benedictionem Domini exerior in omnibus, & prosperitatem adesse sentio.

## RAMVS.

Ramum eius tenerum siccabit flamma, Job 15, 30. pro, Liberos eius absūmet miseria ac tribulatio.

## RECTVS.

Et rectum fuit verbum in oculis Absalom, 2 Sam. 17, 4. pro, Placuit consilium ipſi Absalom.

## REDIMO.

Fratrem non redimendo redimet quispiam, Psal. 49, 8. pro, Nemo fratrem suū vlla ratione redimere potest quin moriatur, & impetrare vitam longiorē pecunijs.

Et si non fuerit viro redemptor, Leuit. 25, 26. id est, Propinquus, cui sit ius redimendi quæ ille vendiderit.

## REGNV.M.

Et prosperata es in regnum, Ezech. 16, 13. i. Prosperè tibi cessit vsq; ad regnum. vel, facta es apta, & idonea regno suscipiendo.

## RENES.

Etiā noctibus erudierunt me renes mei, Psal. 16, 7. pro, Interni mei affectus proclives alioqui ad malum, incitaerunt me ad pietatem etiam noctū.

## REQUIES.

Et requiem prouincijs fecit & dedit dona secundū potentia regiam, Esther. 2, 18. pro, Prouinciarum tributa minuit.

## REQUIESCO.

Requieuit Aram cum Ephraim, Iesa. 6, 2. id est, Societatem inijt. vel, copiæ Syrorum iunctæ sunt copijs regis Israël ad obsidēdam Ierusalem.

## RETRIBVO.

Retribue seruo tuo vt viuam, Psal. 119, 17 pro, Hoc beneficium cōfer, id est, hoc beneficio me dignare, vt viuendo, me totum addicam in obsequium tuum. Alij, præsta te seruo tuo beneficium siue liberale. tunc viuam, id est, tuum demum me felicem existimabo, tūc etiam custodiā sermones tuos si mihi fueris fauorabilis, vt vulgo loquuntur.

## REVELO.

Turpitudinem patris tui non reuelabis, Leuit. 18, 7. pro, Non concubes cum matre tua.

## REVERTOR.

Reuertetur ad dies adolescentię suę, Job 34, 25. pro, Erit eo corporis habitu quo erat in adolescentia sua.

## REX.

Oblivioni tradetur Sor septuaginta annis sicut dies regis vnius, Iesa. 23, 15. pro, Tandiu quandiu homo viuere solet etiā rex qui delicate viuit, & optimè alitur.

## RIXA.

Vir rixæ fui ego, & populus meus, Iud. 12, 2. pro, Controuersia magna orta est inter me & popularēs meos.

## ROBVR.

Principium roboris mei, Gen. 49, 3. pro, Quæ genui quū adhuc essem fortis & valens robore. i. Primogenitus meus.

Robur

Robur mihi erūt habitatores Ierusalaim  
in Domino, Zachar. 12,5.id est, Adiu-  
uabunt nos

## R o s.

Ex vtero ab aurora fuit tibi ros natu-  
tatis tuæ, Psal. 110,3. pro, Gratia illæ  
quæ tibi datae sunt à patre, contige-  
rūt tibi iam inde ab vtero natuitatis:  
quemadmodum quotidie ab aurora  
nascitur ros.

## S.

## S A G E N A S

Propterea sacrificabit sagenæ suæ, &  
sufficiet reti suo, Chabb. 1,16. id est, O-  
mnia tribuet propriæ virtuti, indu-  
striæ ac viribus.

## S A G I T T A.

Ad lucem sagittarum tuarum iuerunt,  
Chabb. 3,11. id est, Grandinis permixtae  
fulguri, quam tu è cælo demittebas in  
Ægyptios, nocte illa qua infœcti sunt  
Israëlem.

## S A L.

Pactum salis sæculi est coram Domino  
tibi, Num. 18,19. pro, Incorruptum,  
firmum & perpetuum. Pactum salitū  
vocat quod Deus externo symbolo  
fanciuit, ne vim quam euanscat, sed  
semper vigeat.

## S A L V S.

Vnde saluam te faciam? num de area,  
vel de torculari: 2 Reg. 6,27. pro, Vnde  
tibi feram opem, dando tibi cibum  
aut potum? at nihil habeo.

## S A L V S.

Sagitta salutis Domini, 2 Reg. 13,17 pro,  
Sagitta quæ signum est futuræ salutis  
quam Dñs dabit Israëli contrâ Arâ.  
Domini est salus super populum tuum  
benedictio tua, Psal. 3,9. pro, Domini  
est ferre auxilium, & cumulare popu-  
lum omnibus beneficijs.

## S A N O.

Parcam peccato eorum, & sanabo te râ  
eorum, 2 Par. 7,14. pro, Condonatis  
illorum peccatis dabo pluuiam tem-  
pore suo, auferam locustas, &c.

## S A N C T Y S.

Cotaminauit Iehudah sanctum Domi-  
ni quod dilexit, Malach. 2, 11. id est,  
Matrimoniu quod sanctificauit Dñs.  
In die illa erit super tintinnabula equo-  
rum sanctitas Domino, Zachar. 14,20.  
id est, Tintinnabula ipsa equorum  
consecrabuntur Domino: nam ex eis  
sient lebetes ad coquendum in domo  
sanctuarij.

Et intulit Selomoh sanctitates David  
patris sui, 1 Reg. 7,51. pro, Quæ con-  
sideraverat David.

## S A N C T I F I C O.

Quicquid tetigerit ea sanctificabitur,  
Exod. 30,29. id est, Erit sacrum, nec eo  
vti licebit in rebus priuatis, sed tantum  
in sacrâs.

Mittebat Iob & sanctificabat eos, Iob 1,  
5. pro, Missis nuntijs iubebat eos ad  
rem diuinam præparari.

## S A N G V I S.

Qui obturat aurem suam, ne audiat  
sanguinem, Iesa. 33,15, id est, Qui non  
vult audire eos qui loquuntur de pa-  
tranda cæde.

Et posuit sanguines b.lli in pace, 1 Reg.

2,5. id est, Occidit eos incautos, & dû  
nil tale fuispicarentur: non minus fi-  
bilicere eos occidere existimauit, quâ  
si occidisset in bello. vel, non minore  
studio mortem fratris occisi in cōfictu  
vindicauit, quâm si occisus fuisset tem-  
pore pacis.

Expiabantur à sanguine, Deut. 21,8. id  
est, Pœna homicidij illius condonabi-  
tur eis. sequenti versu dicit: Tu aufe-  
res sanguiné innocenté è medio tui.  
pro, Non imputabitur tibi cædes illa.  
Omnis qui egressus fuerit ex ostijs do-  
mus tuæ foras, sanguis eius erit in ca-  
put eius, & nos innoxij: & omnis qui  
fuerit tecum in domo, sanguis illius in  
caput nostrum, Ios. 2,19. pro, Cædes il-  
lius imputabitur ei. alias, cædes illius  
nobis imputabitur, si quis manum in  
eum iniecerit.

## S C E P T R V M.

Sceptrum exactoris in eo, confregisti, Iesa.  
9,4. id est, Vires eorum qui tyranni-  
dem exercebant in eos.

## S C I N D O.

Ascendamus in Iehudah, & obsidea-  
mus eam, & scindamus eam nobis, Ies.  
7,6. id est, Irrumpamus in eam vi ar-  
morum, ita vt hac ratione veniat in  
ditionem nostram.

## S C R I P T V R A.

In cœtu populi mei non erūt, & in scrip-  
tura domus Israël non scribentur, E-  
zech. 13,9. id est, In catalogo seu in li-  
bro vita in quo descripti sunt omnes  
veri Prophetæ.

## S E C R E T V M.

In secretum eorum non veniat anima  
mea, Gen. 49,6. pro, Animus meus ma-  
xime abhorret ab eorum consilio.

## S E C V I V M.

A tempore quo cōstitui mihi populum  
seculi, Iesa. 44,7. id est, Ab eo tempo-  
re quo creaui hominem in terra. q. d.  
Post homines natos.

Visque in seculum non videbūt lumen,  
Psal. 49, 20. pro, Non sunt perpetuò  
victuri. Non potentur hac luce, nisi  
ad breue tempus.

## S E D E O.

Dominus in diluicio sedit: & sedit Do-  
minus rex in seculum, Psal. 29,10. id  
est, Ut Dominus fuit auctor diluuij tâ-  
quam Rex, ita penes eum semper erit  
summa potestas.

Et erit quando sedes extra, & fodies in  
eo, Deut. 23,13. id est, Leuas onus vêtris.

## S E M E N.

Seminabo domum Israël, & domum  
Iehudah semine hominis & semine ani-  
malis, Ierem. 31,27. pro, Implebo Iu-  
dam & Israëlem hominibus & opibus  
quæ olim erât in gregibus & pecorib'.

## S E M I T A.

Sic semitæ omnium obliuiscétiū Dei,  
Iob 8,13. i. Talia sunt instituta & ratio-  
nes vita omniū qui Dei obliuiscuntur.

S E P T E M P L I C I T E R, S E P T Y-  
G E S I E S S E P T I E S.

Quia septempliciter vindicabitur Cain,  
& Lemech septuagesies septies, Ge. 4,  
24. Sicut septenarius numerus in  
Scriptura multitudinem designat, ita

septuplicatio pro ingenti incremento  
capitur. sic Matth. 18, 22. Non dico  
tibi vsque septies, sed vsq; septuagesies  
septies. S E P V L C R V M.

Sepulcrum patens guttur eorum, Psal.  
5,10. id est, Ut sepulcrum apertum ex-  
spectat cadauer quod conficiat & exe-  
dat; Ita hostes mei sua blandiloquen-  
tia eò tendunt, ut me ad se pellecum  
perdant & subuertant.

Qui descendunt ad lapides sepulcri, Ie-  
sa. 14, 19. pro, Qui coniecti fuerunt in  
sepulcrū stratum lapide, vel lapidibus  
factū. S E R M O.

Quia non est sermo in lingua mea: ecce  
Domine tu nosti totū ipsum, Psal. 139,  
4. pro, Antequam loquar, nosti quid  
dicturus sim. vel, Etiam si non loquar,  
tu tamen nosti, &c.

## S E R V I O.

Non seruire feci te in oblatione, nec la-  
borare feci te in suffimento, Iesa. 43,23.  
pro, Non oppressi te multitudine ob-  
lationum. vel, Non exegi à te multas  
oblationes. Nam à seruis multū operis  
exig i solet. sequitur. Verū seruire fe-  
cisti me propter peccata tua, laborare  
fecisti me propter iniurias tuas, id  
est, Quin potius tuis peccatis molestū  
onus subire me fecisti, cùm reueren-  
ter te mihi subiçere debuisses.

## S E X.

In sex angustijs te eruet, & in septima  
non tanget te malum, Iob 5,19. pro,  
Quum acciderit vna ex multis tribu-  
lationibus, seruabit te Deus in columē:  
imò in plurimis non attinget te vllum  
malum. Numerus finitus pro infinito.

## S I G N V M.

Fac mecum signum in bonitate, Psal.  
86, 17. pro, Declara signo aliquo te mi-  
hi velle fauere, & te esse mihi propi-  
tium. Quidam, Ede signum aliquod  
bonitatis tuæ etiâ me.

Posuerunt signa sua signa, Psal. 74,4. Re-  
petitio certitudinem rei denotat. Nâ  
certa signa habebant, quibus sibi per-  
suadebant se capturos templum. Alij,  
Posuerunt sua signa pro signis, vel tro-  
phæis, in signum victoriae. q.d. Domine  
triumphos suos agunt, ita vt prorsus  
deijciant signa maiestatis tuæ.

## S I L E O.

Tibi filet laus Deus in Syon, Psal. 65, 2.  
pro, Tanta sunt beneficia tua, vt te ne-  
mo dignè laudare possit.

## S I M I L I T V D O.

Et ecce tamquam similitudo filij homi-  
nis tangebat labia mea, Daniel. 10,16.  
pro, Rursum tetigit me Angelus ille  
qui apparuit mihi in specie humana.

## S I N I S T R A.

Cor stulti ad sinistram ipsius, Eccl. 10,2.  
i. Res suas sinistre & præpostere ad-  
ministrat: vt manus sinistra ad res agen-  
das est inepta. S O L.

Diligentes eum erūt secundum exitum  
solis in fortitudine sua, Iud. 5,31. pro,  
Sument vires ac proficiant, veluti sol  
quâ exoritur, subinde lucidior euadit.

Et orietur vobis timentibus nomé meū,  
Sol iustitiae, Malach. 4,2. i. Christus qui  
est vera lux, & per quem iustificamini.

## S O R S.

## S O R S .

Quia nō requiesceret virga impietatis super sortem iustorum, Psal. 125,3. pro, Hæreditatem. q. d. Nullus tyrannus diu iustis imperabit.

Tu sustentas sortem meam, Psal. 16,5. sub. Ita vt nemo eam mihi auferat. ita te mihi in hæreditatem dedit, vt tua sola virtute, salua mihi maneat fruitio, & tibi semper adhæream.

## S P I N A .

Ardebit, & deuorabit spinam eius, & veprem eius in die vna, Iesa. 10, 17. Sic vocat militem gregarium, quod infinitis molestijs afficiat.

## S P I R I T U S .

Si spiritus iræ dominantis ascenderit contra te, locum tuum ne deseras, Eccl. 10, 4. pro, Si ira dominantis sæuiat aduersum te, ne commouearis. vel, Si spiritus dominantis descenderit super te, id est, Si adipiscaris regiam dignitatem, statum pristinum ne deseras.

## S T A T U T U M .

Hoc statutum Pesach, Exod. 12, 43. pro, Talis esse debet ritus siue obseruantia edédi agni Paschalis, & hoc more celebrandus.

Et erit filius Israël in statutum iudicij, Num. 21, 11. pro, In iura & leges. q. d. Secundum hanc legem, de huiusmodi iudicabunt filii Israël, eritq; iniuiolabile decretum quod nemo iudicum immutare audebit.

## S T I P U L A .

In stipulam versi sunt ei lapides fundæ, Iob 41, 19. pro, Non plus læditur lapidibus missis funda, quam læderetur palea.

## S T O .

Ioseph erat vir triginta annorum quando stetit coram Paroh rege Ægypti, Gen. 41, 46. pro, Cùm præfasset Ægypto. vel, Cùm potentiam istam acciperet ab ipso Pharaone.

Et in quibus essent vires ad standum in palatio regis, Dan. 1, 4. id est, Qui per ætatem apti essent ministerio Regis.

## S T Y L U S .

Et de Zebulon trahentes stylo scribæ, Iud. 5, 14. id est, Qui scribere solebant. q. d. Etiam ipsi scribæ dediti studijs, arna sumpserunt.

## S V L C V S .

Si aduersum me terra mea clamet, & pariter sulci eius defleant, Iob 31, 38. pro, Si coegerat terram meam sine mercede agricolarum.

## S V P E R B I A .

Ne veniat mihi pes superbæ, Psal. 36, 12. pro, Superborum. hoc est, Ne inuidant me superbæ.

## S V S C I P T O .

Non suscipies auditionem mendacij, Exod. 23, 1. pro, Non eris auctor falsi rumoris aduersus proximum tuum.

## S V S P E N D O .

Et suspendetur super illum omnis gloria domus patris sui, Iesa. 21, 24. pro, Inferretur ab illo nobilitas in domum paternam, illique acceptum referent omnem suum splendorem & claritatem.

## T.

## T A B E R N A C U L U M .

Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Iob 31, 31. p. Domestici ac familiares.

## T E M P V S .

A tempore usque ad tempus comedes illum, Ezech. 4, 10. pro, A tempore determinato vnius diei usque ad tempus determinatum alterius. q. d. Toto die naturali comedes tantummodo xx. siclos panis.

Reuertendo reuertar ad te secundum tempus vitæ, Gen. 18, 10. pro, Tempore quo fœtus vitalis erit.

Et cum bestijs agri sit pars eius donec septem tempora mutantur super eū, Dan. 4, 20. id est, Sit cum bestijs septem annis.

## T E R R A .

Oculi stulti erunt in extremo terræ, Prou. 17, 24. pro, Vagi erunt, id est,

Quæret sapientiam & non inueniet.

Ambulabo coram Domino in terris viuentium, Psal. 116, 9. pro, Tuttus degam inter viuos sub fauore Domini.

Terra erit impia propter habitatores ei⁹, Iesa. 24, 5. id est, Impia esse videbitur erga incolas suos: nam desinet illis producere fructus necessarios. vel, Impiè aget propter habitatores suos. id est, Poenas luet, ac si impiè egisset: nam erit desolata.

Transfixit caput super terram multam, Psal. 110, 6. id est, Capita siue principes qui præsumt regionibus amplis.

## T E S T I F I C O R .

Quid testificari faciam tibi, quid assimilabo tibi, ô filia Ierusalaim? Thren. 2, 13, 1. Quid testibus probabo, quemquā accepisse tantā cladē quantā acceptisti? aut quē populū adducā, qui tam duro affectus sit supplicio ut tu?

## T H E S A V R U S .

Nunquid ingressus es in thesauros niuis, & thesauros grandinis vidisti? Iob 38, 22. pro, An ascendisti in sublime ubi hyeme nix, & aestate grando generatur & reconditur?

Et nunc si regi bonum est, queratur in domo thesaurorum, Ezr. 5, 17. pro, In Bibliotheca in qua erant libri rationum nummariarum, non libri sapientiae & philosophiae. nam duplices erant Bibliothecæ.

## T I M O R .

Nonne timor tuus fuit ob spem tuam, & propter exspectationem tuam perfectio viarum tuarum? Iob 4, 6. pro, Nonne sperabas, ob rectam tuam vivendi rationem, in timore Dei, te aliquid emolumenti assescuturum a Deo ipso, & interim nihil incommodi experturū?

## T O R C U L A R .

Torcular calcauit Dominus virginis filiæ Iehudah, Thren. 1, 15. id est, Tradidit populum suum hostibus, ut interficiant eum, torqueant & cœculent, haud secus quam vix in torculari calcantur.

## T O R R E N S .

Torrentes impietatis terrebant me, Psal. 18, 5. Sic ipse vocat multitudinem tribulationum, quæ ab impijs infli-

guntur. Alij, Iniurias grauissimas & crebras interpretantur. vel potius, multitudinem hostiū improborū ac peruersorū qui in eū conspirauerant.

## T R A N S E O .

Fleuit & orauit eum ut transire faceret malitiam Haman Agagite, Esther. 8, 3. pro, Irritam faceret, depelleret, abiogeret à se & à populo suo.

Stillauerūt digiti mei myrrhā træfuntē, Cant. 5, 5. i. Interlabente, inter digitos perfluentem. vel, Probatam.

## T R I B U T U M .

Ascendere fecit Rex Selomoh tributū ex omni Israël, 1 Reg. 5, 13. pro, Indixit tributum omni Israëli.

## V.

## V A C V S .

Mercede cōduxit Abimelech viros vacuos & vagos, Iud. 9, 4. id est, Otiosos, nihilī, & inutiles.

## V A N E S C O .

Et propter quid vanitate vanescitis? Iob 27, 12. pro, Opinionē vanā conamini tueri?

## V A S .

Requieuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit ipse in fecibus suis, & non euacuatus fuit de vase in vas, Ierem. 48, 11. id est, Usque ad hanc diem similis fuit vino intra dolium quieto, & nō agitato: nunquā fuit electus suis sedibus.

## V E N E N U M .

Germinabit sicut venenum iudicium super omnes sulcos agri, Hos. 10, 4. Prædicti fore ut citò iudicetur à Domino: imo dicit iam latam esse sententiam. Comparat autem iudicium illud herbæ venenatæ quæ citò crescit in terra culta. q. d. Breui acceptu sunt sententiam suam à Domino suo, imò iam lata est sententia.

## V E N O R .

Qui faciunt velamina super caput omnium staturæ ad venandum animas. Nunquid animas venabimini populi mei, & animas quæ sunt vobis vivificantes? Ezech. 13, 18. pro, Ut perdant. q. d. Nunquid animas perdetis? Nunquid permittam ut perdatis, hoc est, ut imponatis populo meo, prædicendo illi omnia aduersa & infelia?

Non aduret vir dolosus venationem suam, Prou. 12, 27. pro, Non est habitus quod sibi parauerit ut edat.

## V E N T U S .

Quia ventum seminauerunt, & turbinem metent, Hos. 8, 7. id est, Quia opera eorum sunt vana & inutilia, nulla erit illis merces.

## V E R B U M .

Et imposuerit ei occasiones verborum, Deut. 22, 14. pro, Efficerit ut alij male de illa loquantur.

Sic adducet Dominus super vos omne verbum malum, Ios. 23, 15. id est, Quicquid malorum comminatus est.

Egredietur verbū reginæ ad omnes mulieres, Esther. 1, 17. pro, Facinus istud reginę veniet ad aures omniū mulierū.

Et nō fuit verbum meum primum mihi ut reducerem regem meū, 2 Sam. 19, 43. id est, Quare priores de reducendo rege verba non fecimus?

## V E R I .

## VERITAS.

Dabis veritatem Iahacob, misericordia Abraham, Mich. 7, 20. pro, Præstabis quod pollicitus es sanctis Patriarchis tuis. Promissiones vocat veritatem quod certò prætentur, quatum est ex parte Dei: Misericordiam autem, quod ex gratia factæ sint.

## VESPERA.

Immolabut eum omnis cœtus Synagogæ Israël inter duas vespertas, Exod. 12, 6. Nempe vesperam inclinantis solis, & vesperam occasus solis.

## VESTIGIA.

Quod probris affecerint vestigia Christi tui, Psal. 89, 52. id est, Aduentum. vel, Exprobauerunt calcibus Christi tui, id est, Deluserunt Christi aduentum. aut, Ut Chald. paraphr. exprobauerunt tarditatem vestigiorum Messis tui, quasi nunquam venturi. Videbat enim Iudeos magis ac magis opprimi, & non illis succurrere suum Christum & Messiam quod iactabant.

## VIA.

Vado hodie per viam vniuersæ terræ, Ies. 23, 14. pro, Moriturus sum, quemadmodum constitutum est omnibus hominibus.

Si inuenierit quispiā inimicū suū, num mittet eū in via bona? 1 Sam. 24, 20. pro, Sinet eū abire saluū & in columē? Quia oculi eius sunt super vias viri, & omnes gressus eius videt, Iob 34, 21. pro, Deus contemplatur ac discutit consilia & opera hominum.

Viam eorū in caput eorū dedi, Ezech. 9, 10. id est, Decreui sumere poenas de illis pro meritis.

Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via pedes suos, Psal. 85, 14. pro, Cursum suum habebit, ut vulgo loquuntur. Conspicua erit, & præualebit, id est, Tempore Christi homines dabut operam iustitiae & æquitati.

## VIDEO.

Videre fecisti populum tuū dura, Psal. 60, 5. pro, Experiri fecisti populum tuum dura. vel, Duriter & asperè illum tractasti.

Vide vitā cū vxore quā dilexisti omnib⁹ diebus vitæ, &c. Eccl. 9, 9. pro, Fruere vita sine commodis huius vitæ.

Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, Prou. 22, 29. pro, Certè vir velox & festinus, qui summa diligentia fungitur suo munere, euocabitur ad regium ministerium.

## VINCULUM.

Dirumpamus vincula eorum, Psal. 2, 3. pro, Leges, quibus quasi vinciri solent subditi. Metaphora ab ijs qui vincit coguntur facere opus. q. d. Legibus eorum ne pareamus. Verba sunt hostium Dei & Christi eius.

## VERITAS.

## VENENVM.

Venenum diaconum, vinum eorum; & venenum aspidum crudele, Deut. 32, 33. pro, Citò enecans. Peruersa eorum opcta intelligit, propter quæ pereunt.

## VIR.

Quia sicut vir fortitudo eius, Iud. 8, 21. pro, Iuxta ætatem respondet robur hominis: ideoque habet satis roboris ut possit nos interficere.

Et si mori feceris populū istum tāquam virū vnum, Num. 14, 15. pro, Omnes

## VIRGA.

Virgam fortitudinis tuae mittet Dominus ex Syon, Psal. 110, 2. i. Robur quo roboraberis. aut, robur regni tui, quod est fortitudo tua. q. d. Non regnabis tantum in Iudæa, sed extendet Deus Pater potentiam regni tui usq; ad extreemos fines terræ.

## VISIO.

Melior est visio oculorū, quam quod eat anima, Eccl. 6, 9. i. Melius est esse contentū præsenti fortuna, quam multa desiderare.

## VISITO.

Visitans iniuriam patrum super filios super tertios & super quartos, Num. 14, 18. pro, Puniens patres & filios, nepotes ac pñepotes ppter iniurias.

Et visitatio tua custodiuīt spiritū meū, Iob 10, 12. pro, Lex naturæ quā cōstituisti, me hactenus seruauit in vita. vel, prouidentia tua conseruat me in vita.

## VITA.

Et erit anima domini mei colligata in fasciculo vitæ cū Domino, 1 Sam. 25, 29. pro, Dominus meus diutissimè vivet, colendo Dominum Deum.

## VITIS.

Quia ex vite Sodom est vritis eorum, Deut. 32, 32. pro, Nati sunt parentibus iniquis, quales erant Sodomitæ. vel, Sodomitarum studia imitantur.

## VITVLVS.

Reddemus vitulos labiorum nostrorum, Hos. 14, 3. i. Offerem⁹ tibi precatioñes & laudes, atque gratiarum actiones.

## VIVO.

Obsecro dñe mi, viuit anima tua dñe mi: ego mulier sum, &c. 1 Sam. 1, 26. pro, Tam vera sunt quæ dictura sum, quam verum est te viuere. vel, quam verum est quod opto vitam tuam.

## VIVIFICO.

Viuificemus de patre nostro semē, Gen. 19, 32. p. Seruem⁹ semē, vel fuscitem⁹.

Nunquid viuificabunt lapides de aceruis pulueris? Neh. 4, 2. pro, Nunquid restituēt in pristinum statum lapides illos muri iam redactos in cinerem?

## VMBILICVS.

Ecce populus descendunt de vmbilico terræ, Iud. 9, 37. pro, De loco eminentiore terræ, i. De summis montibus.

## VMBRA.

In palpebris meis appetit umbra mortis, Job 16, 16. hoc est, Oculi mei cœperunt.

VNICVS. (tunt caligare.

Deus facit habitare vnicos ī domo, Psal. 68, 7. pro, Efficit ut qui liberis carebāt, habeat amplam familiā. Vnicos vocat solitarios & desertos in familia.

## VNVS.

Quia uno modo loquitur Deus, & duobus ei qui non videt eū, Job 33, 14. pro, Multis modis cōsulit Deus nostræ saluti: uno modo per reuelationem nocturnam, altero verò p castigationes.

## VOCO.

Vocabūt super eos formidinem vndiq;, Ierem. 49, 29. pro, Aduocabunt sibi in auxilium contra eos homines terribiles & formidabiles milites qui illis terrorē maximum incutient.

Vocabis salutem muros tuos, & portas tuas laudem, Ies. 60, 18. pro, In muris tuis erit summa pax, & in portis tuis canentur laudes.

## VOTVM.

Quid fili votorum meorum, Prou. 31, 2. i. Pro quo feci vota. vel, Fili gratissime, amantissime & exoptatissime; pro quo vota mea omnia emitto.

## VOX.

Transire fecerūt vocem in castris, Exod. 36, 6. pro, In castris proclamauerunt.

## VRBS.

Labor stultorum laborare faciet eum, qui nescit pergere ad ciuitatem, Eccl. 10, 15. Prou. Nescire viam ad urbē, pro, Ignorare rem maximè notā. q. d. Cū stulti vulgaria ignorent, torquent

VVA. (se circa difficultia.

Patres comedenterunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, Ierem. 31, 29. Prouerbiū: pro, Filij luūt poenas propter peccata parentum. Sequitur, Omnis hominis qui comedenterunt vuam acerbam, obstupescerunt dentes.

## VVLVA.

Et vulva eius conceptio perpetua, Iere. 20, 17. id est, Quæ nunquam edit fœtum. q. d. Quare non perij?

## VXOR.

Ab vxore quæ dormit in sinu tuo, custodi ostia oris tui, Mich. 7, 5. q. d. Caue ne secreta tua illi reueles.

## Z.

## ZELVS.

Requiescere faciam iram meam in te, & recedet Zelus meus à te, Ezech. 16, 42. id est, Desinam te prosequi amore illo quo antea te prosequabar ob zelotypiam tui.

## ZELOR.

Zelando zelatus sum pro Domino Deo exercituum, 1 Reg. 19, 10. pro, Cruciaui meipsum veluti zelotypia pro honore Dei.

*Hi Idiotismi Hebraici lingua Latina ex varijs auctoribus selecti, dignissimi sunt qui imprimantur, quia sine illis cognitis difficillime aliquis ex sacra Scriptura compendium faciet. quod attestor*

Sebastianus Baer Delphius, insig. Cathed. Ecclesiæ S. Mariæ Antuerpiensis Plebanus & Canonicus.